Item possessor. Ista auth. ponit alii casū spāles, in quo
prior tpe, nō est potior iure. Br̄ dicit.
1. Possessor prior creditor, negās rem esse eius, a quo cām hēt, & po
stea allegās rē esse potiore tpe, ēt s̄m creditorē nō audit, imo possi
tione priuaf. h.d. No. qđ dixi in summario. Scđo no. t̄ qđ allegās ēt
ria nō debet audiri, vt hic & l. i. s. de fur. cū si. Tertio not. t̄ qđ mēdax
punit in translatione possessionis, ut hic in tex. Ad idē l. fin. ff. de rei
ven. Modo pro declaratione nostrae auth. t̄ q̄r gl. vtrū iste primus
creditor volēs incōtinenter pbare de pprietary eius, nunqd dēt at
diri? Primo v̄, q̄ sic. q̄a dolo v̄ facere secundus creditor, petendō
rem,

A D D I T I O .

Alex. t̄ Item possessor. De huius intellectu, uide Bar. in l. si aliena, in prin. sol. ma
tri. Facit tex. in c. si uati allus. si de feu. sue. cōtro. & uide ad Ro. q. per Cy. & Ray.
& Imol. in l. Titiz si non nupserit. de cond. & demen.

- ¶ rē, quam haberet necesse restituere priori creditori, ut l. dolo. ff. de dol. exce. In ḡriū determinat gl. nostra, & bene, s̄m nostros doc. ga iu isto possessorio, nō habet locū regnla, dolo facis. Rō est, q̄a hic nulla esset pena mēdaci, si nō trāsfereſ possēſſio in s̄m creditorē.

a Nā tūc, non habet locū regula, dolo facis, licet in alijs possessorijs adipiscēdē possessionis habeat locū, ut plene solet notari p̄ Dyn. in c.q ad agendū, extra. de reg. iu. lib. 6. & p̄ dñm meū plenius in l. in certi. ſ. de interdi. & l. naturaliter. §. nihil cōe de acqui. pos. † Quærit gl. ecce creditor primus negauit rē fuisse debitoris, a quo cām b habet, postea vult dicere se esse potiorē in alia instantia iudicij, facta trāſlatione possessionis in s̄m creditorē, nungd pōt! Vī, q̄ non qa est sibi ḡrius, & p̄ 2̄ns repellēdus, ut d.l.j. ſ. de furt. In ḡriū determinat gl. nostra hic, q̄ signa, dicens, qđ in alia int̄tātia, hoc pōt facere primus creditor. arg. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. test-ubi ḡrietas circa diuersa tollerat. Et uide gl. fi. ibi, sed nūqđ &c. quam no. Et sic concludit ista gl. quodēt in agitatis intra eaſdē per sonas, non pr̄iudicat in alio iudicio. Cuius ḡrium solet notari in Lis apud quem. ſ. de eden. & ibi plenē per doc. Et similem gl. habetis & clariorem, in §. illud. in auth. de triente & semis. in prin. gl. ma gne. † Quæro, quo iure fiat translatio possessionis. Dic, q̄ fiat per officium iudicis, ut no. in d. §. illud. in gl. magn.

ADDITIONES

- a Alex. ¶ Regula. In casu huius l. non habet locū clausula, dolo facis petere, quod intus habes. Adde Bar. in l. fī. ff. de rei uend.

b Alex. ¶ Alia instantia. No gl. quod si sum cōfessus in uno iudicio vnum, possim contrarium dicere in alio iudicio, ad aliū effectum. Ita alleg. istam Ang. in corpore in l. ij. §. hoc edictō. in fī. ff. ui bono. rapt. uide tamen, quz no. Bal. in auth. no uo iure. j. de pena iudi & quz no. in l. diuus. de custo. reo. cum materia. Et p eo, quod dixi, est dictum Inn. ubi in c. mulieres. de iure iurān. Quod dictū refert Bal. in auth. contra qui propriam. de nō nu. pec. in l. si creditorib. in prin. §. de ser. pig. de manu. pdictis adde tex. gl. & Bal. in l. pe. de inge. manu. Et pro ifz gl. alle. tex. in l. Aurelius. §. fī. de lib. leg. & uide Bal. in l. is apud quē, & quod ibi dixi. & Bar. in d. §. sed nec impuberis. & uide per me. in l. magistratib. ff. de iur. om. iu.

c Alex. ¶ Translatio possessionis. Adde in simili Bar. in l. j. in fī. §. de plus petirio.

L E X I X.

Eos qui. Hanc ius reale, pferat hanc priuilegiū psonale. h.d.
gl. Hic enumerat certas psonas, q̄ habet priuilegia
psonalia, & q̄ sint istae psonae, & quis pferat in priuilegiis psonali-
bus dic, vt plene no. p gl. & Dy. in l. priuilegia. ff. de priuileg. cred.
A. D. B. I. T. L. O.

ADDITIO.

- a Alex. ¶ Per gl. Et in quantum gl. mentioné facit de spon. uide gl. & Bar. in d.l.j.
de priuileg. credi. & quod no. gl. & Bar. in d.l. priuilegia. ff. de priuileg. credi.

LEX

- I** Creditor non potest excludere uxorem debitoris soluto matrimonio, a iure pignoris, nisi offerat sibi dotem.

2 Constante autem matrimonio, nec offerre dotē, nec uxorem excludere pot.

1 **Cum tibi.** † Secundus creditor non offerens, vel non solvens priori creditori debitū suum, eidem in ali quo non piudicat. h.d. No. qd dixi in summario. Secundo not. ³ Q
2 † creditor, nō potest excludere uxorem debitoris a iure pignoris, nisi offerat sibi dotem, ut hic est verum sol. mat. hic appa
3 ret in tex. Sed † quero, nunquid creditores mariti, cōstāte matrimo. possunt occupare bona mariti, p iure creditorī, volētes offerre do
• tem uxori. Certē non: quia adhuc actio de dote nō competit, neq; est casus, in quo dos posset solui, constante matrimonio, sed so. ma
tri. bona mariti creditores possunt occupare, offerentes dotē uxori, ut hic secundum Iac. de Are. quod perpetuō tene menti.

A D D I T I O N

- 2 Ale.** ¶ Secundo no. Adde Bar. in l. si constante. in 7. q. prin. qónis, post Cy. hic, licet illud communiter reprobatur, tamen uidetur hic reprobari. Et uide Bald. in Lvb; adhuc. ſ. de iu. dot. & Ang. & Itpo. in l. ff. fol. mat. &c uide gl. d. l. si constate. & quod ibi dixi. Adde quod Bal. confi. 272. l. lib. sequitur hic lac. de Aret.

LEX. XI.

- 1 Scriptura, ex qua fit comparatio, debet habere subscriptionē triū testimoniū.
 - 2 Subscriptio trium testimoniū, non est necessaria in scriptura, ad quam probandum fit comparatio, sed præsentia eorum sic, quando debitor scripsit.
 - 3 Solidi comparationi omnino non creditur, & testibus de scriptura deponentibus omnino non creditur.
 - 4 Scriptura cōtinet subscriptioṇē partiuł, & a debitore cōfessata, pbat cōtra ipsum debitorē, nō cōtra alias personas, nisi habeat subscriptionē triū testimoniū.
 - 5 An priuata scriptura probet.

- a Scripturas.** ^aBē dicit sūm. la. But. Si debitor debitū neget, &
b scripturā fateat, ^bpīudicat sibi, & scriptura p-
bat ḥ cu, nō aut̄ pr̄judicat alijs, vt puta creditorib. hypothecā pīē
dētib. nisi forte haberet subscriptionē triū testiū. h.d. Et ad euiden-
tiā. no. ^cq̄ qñq; debitor ȝfite scripturā, & debitū, & iste casus non
est dubius. Qñq; debitor fateat debitū, sed non scripturā, & de hoc,
nō est curādū, nisi in casu forte, in quo scriptura esset de solēnitate
ut l. ȝhit. ff. de pignorib. Qñq; debitor fateat scripturā, sed nō debi-
tū, & tūc habet locū lex. nostra. Qñq; debitor negat tā scripturā q̄
debitū, & isto casu habet locū auth. si q̄ vult caute. hic posita. Itē.
i debensis scire ad euidentiā, qđ est qđā scriptura, † ex qua sit ȝparatio,

- 2 & ista dēt habere subscriptione testiū. ¶ Et est alia scriptura, ad quā
probandū fit cōparatio, & ī ista nō est oīno de necessitate subscriptione
triū testiū, sed sufficit, qđ testes supuiuāt, & deponāt se fuisse pñtes
qñ debitor scripsit scripturā illā. Itē debetis scire ad euidētiā, qđ te-
stib. de scriptura deponētib. nō oīno credit, qđ a faciliter pñt erra-
re. ¶ + Itē cōparationi soli. oīno nō credit, qđ a qñq; mutario calami,
d atramēti, &c. inducūt diuersitatē scripture, vt in auth. de īstru. cau.
& fid. §.j. Et de his hētis bonā gl. in §.li qs igit. de instru. cau. & fid.
vnde sumit hēc auth. & uide gl. ibi qđ incipit, si ago depositi. Itē de-
betis scire ad euidētiā, qđ testes, qđ se subscribūt in illis scripturis, nō
deponūt de veritate rei, vtrū fuerit verū, qđ in scriptura deductū ē
an nō, ga sufficerēt duo testes ī hoc casu, vt l. vbi numerus. ff. de tel.
no. in d. §. si qs igit. sed deponūt se cognoscere subscriptiones suas
vel fuisse pñtes, qñ debitor scripsit, ut no. i d. §. si qs. No. primo, qđ
4 dixi in sumario. ¶ + Scđo no. magis distincē, qđ si debitor pñria ma-
nu subscribat, licet testes non sint subscripti, tñ si talis scriptura hēt
subscriptionē partiū, & a debitore sit pñfessata, ī ipsum debitorē p-
bat, non tñ pbat ī alias psonas, nisl habeat subscriptionē triū testiū,
vt hic habetis ī fi. Et rō huius vlt. posset esse, ga si talis scriptura pro-
baret ī extraneos, de facili debitor posset pponere posteriorē cre-
ditore priori, qđ ēt absurdū. Opp. mō, dñ hic, qđ talis scriptura hēt
suū robur, ī. de l. īstru. s. de pba. Quid dicem⁹? Dixerūt qdā, inter
quos fuit Pla. qđ ista lex nō poterat intelligi, & erat fatua, qđ ī oīa iu-
ra de mūdo. Ista lo. est falsa, ga cū Imperator habeat qđa iura ī pecto-
re, n̄ ē verisile, qđ statuat ī ius. Quare alij, ut lo. ītellexerūt ista l. qđ
credidores plures uigore talis scripture priuate, petunt se mitti in
possessionē bonorū debitoris, quo casu, audiūt ī ipsū debitorē, sed
ī alios bona debitoris possidētes, nō audiunt. Ita intellexit Io. Iste
f ītellectus nullo mō applaudit literæ: quare dicas f sm gl. qđ ista talis
scriptura a debitore pñfessata, hñs subscriptionē partiū, vel alterius ea-
rū, ut puta debitoris, & sic pñfessata a debitore, vel aliter pñbat, vt p
testes qđ sit scripture debitoris, certē talis scripture pbat ī ipsū de-
bitore, ga nō pñt venire ī pñfessionē suā. Et ita dēt intelligi hēc lex,
& sic soluit ī riū de l. īstru. s. de pba. Sed ī sol. īstru de pñlegato.
§. si qs igit. ī fi. ī auth. de instru. cau. & fid. Pro cuius solone bñ sic di-
cas, & fuerūt ista verba Iac. de Bel. ī pñleg. l. īstru. & idē, qđam mō
5 videbat sētire do. meus ī Ladmonēdi. ff. dñ iureiu. ¶ + Vñ, cū qñrit, nū
qđ priuata scripture pñbat. Rñ. Aut priuata scripture est sine cā. aut
cū cā, si est sine cā, nō hēt locū, ut l. cū de īdebito. §. fin. ff. de pñbat. &
qđ ibi no. p gl. ī l. gñalr. s. de nō nu. pec. & dic, ut ibi p Cy. sm Ia. de
g Are. & ī l. i. §. circa ff. dñ doli excep. Si verò priuata scripture est cū
cā, tūc dicas, qđ aut est pñfessata pñ debitorē, & pñ testes pñbat, qđ debi-
tor scripsit, & tūc talis scripture pñbat. Itē dēt intelligi hēc lex, ut no.
hic, & ī d. §. si qs igit. de instru. cau. & ibi est bona gl. qđ incipit, si ago de
positi, & dic vt ibi. Si verò talis scripture est negata, tūc, aut hēt sub-
scriptionem

ADDITIONES

- a Barb. ¶ Scripturas. Vide Lud.Rom.in consi. 299.

b Alex. ¶ Fateatur. Et dū hic tex. requirit subscriptionē virorū , quid si essent fēminē? vī dicendū q̄ sit idē, Bal.in c.licet vniuersas. de test. dum dicit extendi ad feminas: secus in staturis. quod penderet , an masculinū concipiāt fēmininū , de hoc in l. i. ff. de verb.sig.no.tex.hic q̄ scriptura facta a tabellione, si non continet solēnia, vel tabellio non est rogatus in forma tabellionis , dī scriptura priuata. Bal.in l. s. s. si cer. pet. & in rubr. de fid.instru.an in dubio prēsumat rogatus, ut tabellio, & hic, in ver.item debetis scire, scripturā, ex qua fit cōparatio , debere habere subscriptionem triū testiū, sed scriptura, ad qua probandū, sit cōparatio, nō requirit subscriptionē testiū, sed oportet testes in ea descriptos , superiuere, & deponere, q̄ fuerunt prēsentes. Adde Bal.in auth.sed nouo.si cert. pet. & qd̄ ibi dixi. & Bar.in ea l. in s. ubi alle. gl.in s. si q̄s igitur. in auth.de fid.instru. Sed uide auth.hic positam, & ibi Bal. qui forte vī tenere s̄riū. Sed dicit, qd̄ pōt per alios non scriptos, licet subscripti sint mortui, & loquitur in scriptura, & uide in l. cōparationes. quod Bar.in auth.at si 3ctus. in princip.eo.tit. & Bald.in d.l.cōparationes probatur in auth.hic posita. Et quid si scriptura nō haber subscriptionē a testibus approbatā, an habeat locum hac lex, vide Pau.de Castr.in consi. 390. Bal. p̄f. 2 24. & p̄f. 168. per Rom.p̄f. 204. & 373. An aut si sit staturū, quod publīcū inistrū preualeat chirographo subscripto trino teste, uide Bal. p̄f. 5 5.j.lib.

c Alex. ¶ Creditur. Testibus de scriptura deponentib.non creditur. Adde Bal.in auth.at si contractus. s̄. de fide instr. Bal.in auth si uerō s̄. si cert. pet.

d Alex. ¶ Non creditur. Bal.in auth & sic contractus.de fide instr.

e Alex. ¶ Se cognoscere. Testes qui se subscribunt in his scripturis , deponunt se recognoscere subscriptionem, uel fuisse prēsentes, quando debitor se subscriptit, alias si super facto, testes soli sufficerent, Bart.in auth.at si contractus. de fid.instru.& gl.hic posita, & Bar.in auth.sed nouo iure. si cer. pet. post Bar.in Lnuda.

f Alex. ¶ Quare dicas. Distinctio, an & quando scriptura priuata prober, si est si ne causa, uel cum causa, glo. & Bal.in d.l.nostra. & Bart.in l.nuda ratio. Bald. per istum tex.in ueris.causis.

g Alex. ¶ Priuata scriptura. Contrarium tenet Abb.in c.2. de fid.instru. licet Ant concordet cum Barto. & Et quando scriptura priuata fidem faciat; ut est apōcha, & qualiter testes super ea deponere debeant: ut probent Alex. consi. 76 lib. 3.consi. 1 14.lib.7. ubi q̄z sit communis opin. Alex. Aret.consi. 5.4.Corn. consi. 5 8.lib.3.Dec.consi. 6 25. Moder. Taurinen.in Rep.l.admonēndi.col. 34.35.de i reiur. Alex.consi. 12 3.lib.1.Dec.in c. significauit. 1. not.de appell. de comparatiōne literarum in scriptura priuata, uide Bar.in auth. & si s̄. de fid.instr. P V T

scriptionē triū testiū, q̄ supuināt, & deponant sup subscriptionib. suis, vel deponāt qd̄ debitor dictā scripturā scripsit. & fuerūt p̄ntes & tūc talis scriptura pbat, coadiuuante ɔparatione tñ, vt no. i d. §. si q̄s igit. Si uero nō habet subscriptionē triū testiū, habet tñ subscriptiōne partiū, s̄m formā, huius l. tūc si ɔfiteat, pbat. Ita dēt intelligi lex n̄a. Si verò nō hēt subscriptionē triū testiū, neq; partiū, tūc ēt b̄ mīplenā pbationē inducit. Ita dēt intelligi gl. q̄ est in l. admonēdi. ff. de iureiur. & gl. quam habetis in l. in bonē fidei. §. de iureiurādo.

ADDITI O N E S.

- a Alex. q̄ Non habet. Coertrarium tenet Barto. in l. nuda ratio, dixi ibi latius. per Bar. in authen. at si contractus. §. de fid. instr.
- b Ale. q̄ Inducit. Contrarium tene: Bar. in d.l. admonendi. ff. de iureiur. vbi dicit, quod talis scriptura non facit semiplenam probationē. Et ad dicta Bart. hic, quando scriptura priuata probet; Adde, q̄ ubi ambe partes sunt subscripte sufficiunt duo testes, doc. in c. 2. de fid. Instr. Soc. consi. 27. nu. 6. lib. 2. P V T.

A V T H E N.

- a Si quis vult. ²Istam authen. recitaui tibi supra. in l. scripturas.

ADDITI O N E S.

- a Si quis vult. Pro cuius intellectu, uide Bar. in l. cū prolatis. ff. de re iudi. in fine.

L E X XII.

- 2 An priuilegiū b̄ legis, dēat dari filiis eiusdē mīimonij, an ēt alteri. et n. 12
3 Mulier p̄ dote hēt tacitā hypothecā, & priuilegiātā, ut p̄ferat alijs. & n. 1
4 Altare unum non debemus discooperire, & aliud cooperire.
5 Mulier habet tacitā hypothecā tempore dotis data, uel promissā.
6 An mulier p̄feratur omnibus creditoribus, & omnibus hypothecis.
7 Et habet istud priuilegium in bonis soceri, si ipse recipit dotem, vel in instrumento confessus est eam recipisse, & n. II.
8 An habeat locum tacita hypotheca, in rebus quæsitis per hæredem.
9 Bona hæredis non uenient in generali obligatione defuncti.
10 Priuilegium huius legis habet etiam locum in matrimonio putativo, & cōpetit etiam Sponsa.

- a Alsiduis. [†]Mulier hēt priuilegiū, tā in psonali actione, q̄ pothecā habētib. & hoc est verū, nisi alia dos p̄cedat. Itē, hoc ē uerū in dote, nō in donatione pp nuptias. h.d. ¶ Et diuidit i qnq; partes principales. nā i prima pte, ponit quasdā rōnes tā ɔpulsuas, quā finales, q̄ dederūt occasionē l. dēdē. In scđa pte, ponit statutū, suū, & quasdā rōnes annexit. In tertia pte ponit qd̄ exceptionē a suo statuto. In quarta ponit aliud dictū, & eius decisionē, l. limitādō p̄dicta. In qnta, & vlt. ponit qd̄ limitationē t̄pis. Scđa ibi, ad hæc oia. Tertia ibi, exceptis. Quarta ibi, hæc aut. circa fi. Quinta ibi, q̄ legem. ¶ No. tex. ibi, q̄ oēs, &c. & ēt ibi priuilegio t̄pis uallati, &c. qd̄ facit ɔpi. gl. q̄ dicit qd̄ p̄ferit hñtib. tacitā nō exp̄ssā, p̄ l. de Arc. q̄ dicit qd̄ p̄ferit oib. hñtib. et exp̄ssā. & p̄ eo facit iste rex. ¶ No. ibi, anterio vris mīimonij filijs, &c. ¶ Pro qōne ^b vtrū istud priuilegiū dēat da b̄ ri filiis eiusdē mīimonij, vel alteri. Facit iste rex. qd̄ dēat dari filiis eiusdē mīimonij. Pro hoc facit gl. in l. sc̄iēdū. de re iud. Sed alia gl. dicit, qd̄ hēt locū, ēt in filiis alterius mīimonij, ut dicit gl. in l. et. ff. c. so. mat. Videbitis in l. n̄a rōnē, quare subuenit i dorib. ¶ No. quod 3 mulier hēt hypothecā tacitā. hoc erat ante, pl. i. §. ut plenius. §. de rei vxor. a. & d. istā tacitā hēt priuilegiātā, ut p̄ferat alijs, & hochēt p̄legē istā. Tertio no. ex §. exceptis. ¶ qd̄ nō debemus unū altare dis coopire. Nā uidetis, qd̄ si sint due dotes, nō fauet magis uni, q̄ alteri, sed q̄ prior est tpe, &c. ¶ Hoc p̄missō op̄. hæc lex innuit, qd̄ mulier possidebat dotē. q̄. imo vir, ut l. s. p̄ dote. & l. Pōponius. §. i do tē. ff. de acq. poss. imp̄prie d̄ mulier possidere. ¶ Venio ad qō. ¶ q̄ ro a quo tpe d̄ mulier hēt tacitā hypothecā? Gl. dt, qd̄ a tpe dotis da tæ. Vltra. dñt, qd̄ a tpe ɔ̄ti mīimonij, arg. d.l. cū oportet, in fi. §. de bon. q̄ lib. Videte. veritas est illā, qd̄ a tpe dotis datæ, subaudi, uel p̄missæ, ɔ̄hit ista tacita hypotheca. Istud probat ff. cod. l. j. vnde si tpe mīimonij, dos tuerit p̄missa, tūc ɔ̄hit ista hypotheca, secus, si tunc nō fuit p̄missa, sed poltea p̄mittat. ¶ Quæro, & modo ītro gl. magnā hic positā, vtrū mulier p̄ferat oib. creditorib. & hypothecis.

- 6 Triplex est op̄i. Vna, qd̄ p̄ferat oib. hñtib. exp̄ssā, vel tacitā. Alia ē qd̄ p̄ferat oib. hñtib. tacitā hypothecā, sec⁹ in eo. q̄ hēt pignus ɔstutū ex tradōne. Tertiū dñt, qd̄ mulier p̄ferit oib. hñtib. tacitā sec⁹ in hñtib. exp̄ssā. Et istā op̄i. tertia ap̄, pbat gl. n̄a, & cōis cōsuctudo ea tenet, vñ iudicare ɔ̄suetudinē, & q̄ sp̄ habuit certā iterptationē, ē malū, vt l. minime. ff. de legib. Dñt tñ Vltra. qd̄ j. op̄i. de iure est uerior, vt Inst. de act. §. fuerat. & pbat p̄ rōnes positas i hac l. ¶ Quærit gl. an hmōi priuilegiū hēt locū in bonis soceri, si i p̄e socer receperit dotē. Et dicit, qd̄ sic, vt d.l. si cū dotē. §. transgrediamur. ff. sol. 8 mat. ¶ Quæro, an hēt locū tacita hypotheca i reb. q̄sitis p̄ h̄dē, 9 ēt ex reb. defun. Gl. tua determinat, qd̄ nō, & bñ, q̄ no. ¶ Et not. qd̄ bona h̄dis nō ueniūt in gñali obłone defuncti. Il. ud tñ qd̄ gl. dt d̄ bonis q̄sitis ex re viri, intellige de fructib. idustrialib. sec⁹ de fructib. ionälib. ut l. 3. s. i. qb. cau. pig. taci. ¶ ¶ Quæro, an istud idē priuilegiū c̄petat p̄ mīimonio putatio, & vñan ɔ̄petat ēt sp̄sae. gl. tener, q̄ sit idē i l. iij. & iiiij. ff. de priui. cred. ¶ Quæro circa legē nostrā, & ēno. 11 qd̄ d̄ hic i tex. si tñ re ipsa fuerint p̄ri mariti datæ, q̄ ro t̄ si i insto f̄ dotis ɔ̄tinet ɔ̄fessio, nō numeratio, an p̄ tali dote ɔ̄fessata hēt locū

g tacita hypotheca cū priuilegijs istius l. Hic tex. 5 cū sua gl. vñ uelle, qd̄ n̄. uide gl. super verb. dabit, facit p̄ hac l. qd̄ dixi uobis i l. per diuersas. & l. ab Anastasio s. māda. cōiter obseruat ɔ̄, ut intelligamus idē esse in dote ɔ̄fessata, si tñ sit renūciatū exceptioni nō nu. pe. vel sit elapsū t̄ps. Pro hoc optime facit, qd̄ habuitis notatū. §. de dote cau. nō num. l. j. qd̄. n. hic d̄, h̄ quod nō habeat locū in dote ɔ̄fessata deber intelligi ex uirtute exceptionis nō nu. dotis, q̄ p̄t opponere q̄libet quētus, cuius interest, ul. l. pe. §. de nō nu. pec. Et ita intelligit gl. tua hāc l. & alia, q̄ si lī modo loḡ j. de bo. d̄. l. si qs post hac cir. prin. Nō ergo hēt mulier, necesse p̄bare numerationē, nīl qñ ɔ̄ cā p̄t excipi de nō nu. pec. ¶ Quæro, d̄ hic, exceptis t̄vtrū istud priuilegiū trāseat ad filios mulieris cuiuscūq; mīimonij. De hoc glo. uariat, nā in l. ēt. ff. so. mat. vñ dicere quod trāseat ad filios cuiuscunq; mīimonij. Pro hoc, vñ tex. in aut. si qd̄ sup̄ hac l. In ɔ̄tū tenet gl. l. sc̄iēdū. ff. de re iud. Pro qua, vñ tex. i isto. §. exceptis. ibi, filij āntiores mīimonij & istā partē tenent cōiter doc. Non ob. auth. si qd̄, ga ex p̄pone d̄ sobole, q̄ ex eodē mīimonio descēdat. uid̄ aut. quo iur, &c.

CONTRARIETAS, ET CONCORDIA.

¶ Pro saluando Bar. in hac l. fin. qui pot. in pig. ha. in quo, vñ inuoluī uitio contrariatis, vide concordiam ad l. iij. §. fi ff. de priuili. credi.

ADDITI O N E S.

- a Alex. q̄ Assiduis. De materia huius l. uide Aret. in §. fuerat Instit. de act. ¶ An ista lex habeat locum, ut mulier p̄feratur in hypothecaria in augmento dotis, uide Pau. de Cast. in confi. 392.

- b Alex. q̄ Pro quæstione. Vide Bar. in l. maritum. in fi. sol. mat. & Bar. l. eo. in fine.

- c Ale. q̄ Subuenit in dotib. Ratione priuilegiū dotis, per Bal. in rub. de priu. dot.

- d Alex. q̄ Quæro a quo tempore. Vide Ioan. in c. ex literis. de pig.

- e Ale. q̄ Putatiuo. An istud priuilegium habeat locum in matrimonio putatio, uel etiam sposo. De primo, adde gl. & Bald. in l. j. in fi. §. de condit. ob causam. & Bal. hic. & tex. & gl. & Bar. in l. si cum dotem. §. fin. ff. sol. mat. & uide Bart. in l. iij. ff. de priuili. credi.

- f Ale. q̄ In instrumento. Vide doct. in c. ex literis. de pig. Bal. in l. cum aliquis. §. de iure deli. Ang. instit. de act. §. fuerat.

- g Ale. q̄ Hic tex. An hæc gl. sit vera, uide Ang. & Imo. in l. j. ff. sol. mat. & in l. diuer. fi. §. eo. & in l. fi. §. de spon. & id qd̄ no. Bar. in l. Titia. de uerb. obl. & Car. in c. ex literis. de pig. Et aduerte, qd̄ licet hic teneat priuilegium. in dote, ut p̄ferat mulier anteriorib. creditorib. ēt habeat locū in dote confessata, qñ sunt elapsa, tēpora opposendi exceptionē dotis non numerat̄. Aduerte tamen in practica, q̄ licet elapsa sint t̄pa p̄ maritum p̄fidentē dotē, si modo creditores habuerū iūtām ignorantia dīcte dotis ɔ̄fessat̄, potuerū petere restitutionē, ex clausula generali, & sic oppone exceptionē non numerata dotis. l. pen. iuncta gl. in l. ētib. de non nu. pec. & gl. ibi in uer. petitur. iuncta gl. in l. sicut. de pr̄scrip. 30. ann. & quod ibi Bar. Et similiter inquantū vult hic Bar. q̄ si maritus ɔ̄fessus est dotē, & renunciauit exceptioni nō numerata dotis, supposita ualiditate renūtiationis, ut q̄a sit firmata iūro, qd̄ habebit mulier priuilegiū istius l. Sed certe ur, qd̄ ista renūtiationis mariti nō habet piudicare creditori, quominus intra t̄pa legitima possit opponi exceptio nō nu. dotis. d. l. pen. iuncta l. si unus. §. ante oia. cū p̄cor. ff. de p̄ct. quā in simili ɔ̄fidera, q̄a dīcta Bart. non transeunt sine scrupulo. Et ad istā gl. adde Bal. in l. gnaliter. de non nu. pe. in uer. nunc uenio ad quæst. & facit i simili gl. & ibi Bal. in l. neque §. de cōpen. Et quando dos confessata habeat priuilegia dotis uere, uide Bal. i. rub. de priu. do. & uide ēt qd̄ si sit renūciatū exceptio nō nu. nome. dotis, an teneat̄ de quo Bar. & per Bal. hic & ēt per Bal. l. p̄pecunie j. de so. & Imo. in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. de uerb. obl. Pau. de Cast. in l. si marito. in pr̄n. ff. so. mat. simp̄r transit cum Bar. hic. Et de ueritate huius gl. uide ēt Bar. in l. pen. §. de iur. delib. An illud, qd̄ dicit in dote data, habeat locum in promissa, uide per me. in l. & hoc. ff. de re iud. Adde quod Bal. uoluit idē, quod Bar. hic, quando est renūciatū exceptioni non nume. dotis, qd̄ dos ɔ̄fessata, habeat priuilegiū, qd̄ numerata, q̄a dicit, q̄ p̄fuctudo sic se habet, eius consi. 339. j. lib. ubi ēt uoluit, q̄ si sit primus creditor habens expressam hypothecam bonorum, & mulier tacitam, q̄ in quæsitis post utrāque obligationem p̄fera mulier. uide Anch. consi. 308.

- h Alex. q̄ Hic d̄. Ex hoc dicto Bar. sequitur, quod mulier non habet necesse p̄bare numerationem dotis, pro qua op̄i. Bart. uidetur glo. not. in l. j. §. de dot. cau. in uerbo facit. in prin. ¶ Et ad Barto. hic in uer. communiter obseruat̄, uide Castr. in l. si marito. ff. sol. mat.

P V T E V S.

De his, qui in priorum creditorum loco succedunt. Rub.

L E X P R I M A

- a  On omnimodo. ²Extraneus, ex cuius pecunia debitor liberatur, in locum prioris creditoris succedit, si hoc pacto tradi: & uēce eius pecunia ad creditorē p̄uenit, vel ipse retribuit creditori p̄ debitore soluit. h.d. cum l. seq. Gl. hic tractat istā mām, qualis qs succedit in locum prioris. & ponit vnā suam distinctionē, quā ponit de uerbo ad verbum in l. Arist. q̄ res pig. obl. pos. ¶ Quærit gl. unā q. quæ est de apicib. iuris hōc est de subtilitatib. iuris, modici tñ effectus. ¶ Quæro, utrum hypotheca quæ competit huic, qui succedit in locū primi, sit eadē cū prima vel alia? uide glo.

ADDITI O N E S.

- a Ale. q̄ Non omnimodo. Vide in omnibus Bart. post gl. in l. Arist. ff. quæ res pig. obl. pos.

Si antiquior creditor pignus vendiderit. Rub.

L E X P R I M A

-  I vendidisset. Venditio facta per primum creditorem, non potest per sequentes retractari, secus, si ipsi creditori primo pignora sunt uendita, uel in solutum data. hoc dicit.

Si communis res pignori data sit. Rub.

LEX V N I C A.

Rater. Obligatio vnius ex consortibus, alijs non præjudicat. hoc dicit.

De prætorio pignore.

Rub.

LEX PRIMA.

I prætorium. "Vide glo. quæ incipit, sed qua diuo. Pio. §. sic quoque.

ADDITIO.

Alex. ¶ Si prætorium. Adde Bar. in l. fi. in princi. de dona. An possit prætorium pignus, & conuentionale in una, eademque causa concurrere. Cyn. & Fran. Tigr. in l. cum debitores. de iudic. quod sic, & ibi ego dixi etiam, uide effectum resul tantem ex hoc.

LEX I I.

Veteris. Qui habet prætorium pignus, habet ius vendendi & retinendi. hoc dicit.

Si in causa iudi. pignus captum sit.

Rub.

LEX PRIMA.

E s ob causam. Nota, quod facit iudex, vi dentur facere partes.

Si pignus pignori datum sit.

Rub.

LEX PRIMA.

Tiam. Pignus potest dari pignori, & qui habet pignoris vsumfructum, non potest alienare p rietatem. secus in eo, qui habet pignoris proprietatem.

ADDITIO.

Alex. ¶ Vsumfructum. Qn dñs possit obligare formæ vsumfructum, hic notatur, & est qo, notabilis. V. de Bart. in l. fi. qui. §. fin. ff. de pig. Et adde, ad intellectum huic tituli, quod pignus, pignore dari non potest ultra tertiam, ratione infinitatis evitanda, em Spe. in tit. de pig. §. j. verbi. si cum iudex. Et sequitur Ludo. in l. qui bona. §. fi. de dam. infec. quod no. quia limitat totum hunc tit. Et alle. Spe. l. fidei commissa. §. si quis decem. de leg. 3. & c. cum in multis. de rescrip. licet Ang. in l. ij. huius tit. §. i. tener. Et quid si nomen debitoris dare velit, an possit? Gl. no. & ibi Bal. quod sic, in l. fi. insultum. cum l. seq. ff. de a. & obli. Et ista gl. est in l. fi. creditore. in prin. Et uide ampliat. ad hanc l. per Neguz. de pig. §. part. prin. §. membro col. antep. & 4. membro §. par. prin. in prin. & p. totū. PVT.

LEX I I.

Si creditor. Hanc l. inter alias allego, q hypothecaria potest cedi sine personali, quia ut videtis, pignus potest dari pignori. hoc dicit.

De remissione pignorum.

Rub.

LEX PRIMA.

I te manumissum. Præsentia creditoris tempore manumissionis inducit remissionem pignoris. hoc dicit.

LEX II.

Si probaueris. Præsentia, cum consensu, tempore venditionis, inducit remissionem pignoris: secus si ignorauit. hoc dicit l. sequen.

ADDITIO.

Alex. ¶ Si probaueris. Ad gl. hic, uide Bar. & que ibi dixi. in l. si tibi decem. §. de pign. ff. de pact.

LEX VI.

An citatio generalis sufficiat, per edita, uel proclamata.

Hæc est bona l. Si pcedat monitio iudi

cis, pntia cu taciturnitate, iducit pignoris remissionem. h. d. ¶ Quero, & reuoco in dubium, tvrum citatio generalis sufficiat per edita, vel proclamata, vt dicas: quicumque putat sua interesse, veniat ad defendendū talē rē. Respon. si qui dē est aliquis, cuius intersit, prius debet citari ille nominatim, vt l. i. §. pe. de vent. inspic. Sed quādo fit aliquis actus, qui principaliter qd aliquem nō dirigitur. Exempli, si facio inuenitari, vel exemplū in l. nostra quando uenit. n. principaliter contra debitorem, cō sequenter qd alios creditores, tunc pōt citari per proclama, ut hic. Facit ad hoc. ff. si cui plus quam per l. fal. l. i. §. cum dicitur. Facit qd not. per Inno. extra de maio. & obed. c. fin. & procura. in c. nostra.

ADDITIO N E S.

Alex. ¶ Si eo t. pe. No. hic de citatione generali. Adde casum, & quod ibi no. in l. ergo. ex quib. cau. maio. l. decem. de verb. ob. l. facultas. §. de iur. ff. li. x. Bar. in extraug. ad repri. super uer. edium. Inn. in c. per venerabile. qui filii sint legi. & qd no. in auth. ad hæc §. si ut se ab hære. abst. l. o. de Imol. in l. q. ante calendas. de verb. ob. & d. l. decem. Adde Bart. in l. si quis instituit hæres. §. item si additionem. ff. de hær. insti. vbi dicit, quod qd creditores agunt qd bona hæreditaria, debet citati ille, qui tenet primū locū defuncti. Et in l. nā ita diuus ff. de adopt. & ibi dicit, qd illi sunt citandi, qui pnt pōt dicere, uel pōt sentire, alias nō. Adde Bal. in l. si deserata. §. pppter p. pe. & quod ibi in c. dicit episcopus. de præben. in 6. vide Bart. in

l. j. §. de iure do. impe. Ant. in c. j. de iudi. Car. in c. cum de viu. Ang. in l. nam ita di ius. ff. de adop.

b Alex. ¶ Citatio. Not. de modo citandi generaliter, Bald. in l. si curator. §. de iure deli. & Bar. & Bal. in auth. si omnes. §. si ut se ab hære. abst. & Barto. in l. hæc aut. §. j. ex quib. cau. in pos. ea. x. Adde qd proclama non afficit in omittendo, nisi præcesserit scientia Iaf. confi. 46. lib. 3. P V T E V S.

c Alex. ¶ Si facio. Per Bal. in auth. sed cum testator. ad l. fal. Bal. in l. fin. in prin. de iur. deli. adde Bal. in l. ab eo. j. quo & qd iud. Bar. in extrau. ad repri. in uer. petē dam in fi. Bal. & Ang. Imo. in l. decem. de verb. ob. & Bal. in l. natales. §. de proba. ubi dicit, qd citatio per proclama generale, facit plenam fidem, etiam cōtra eos, qui non sunt citati, si illi non erant citandi. Vide c. cum in tua. qui ma. acc. pos. Et voluit Bal. in l. fi. §. de edi. diuini Adri. tol. ubi concludit, qd qd alicui præjudicatur, nominatim, qd tunc est nominatum. citadus, & declarat prædicari nominatum, qd alijs possidet, per d. l. si deserta. si pppter pub. penfi. Ifste tex. hic in fi. ut p. auth. & qd iurat de bon. auth. iud. pos. uide Bar. in l. fi. in final. b. uerbis. §. de edic. diu. ad de Bar. in d. l. decem. de uerb. obl. Et quid operetur ista citatio generalis, Bald. in l. i. j. si ex noxa. cau. aga. & dicit Pet. de de Anch. & doc. in c. fi. in fi. de elec. in 6. qd uerum est, quod sufficit citatio generalis, ubi aduersarius nō est certus, alias fīm eos, si de facili potuisset certiorari. & Imo. dicit se consuluisse, quod tenuta data non specialiter citato detentore, non ualeat, quia de facili non potuit sciri. Alleg. auth. si omnes. §. si ut se ab hære. ab. uide tex. in c. fin. de elect. lib. 6. Adde Bal. confi. 32. 2. 2. uolu. & j. uolu. confi. 355. Rom. confi. 310.

LEX VII.

Creditricem. Qui reddit instrumentum debiti, remittit pignus. h. d.

LEX VIII.

a Si hypothecas. Præsens, & tacēs, quādo fiscus vedit, videtur remittere pignus.

ADDITIO.

2. ¶ Si hypothecas, p intelligentia huins tex. & materiz, uide Castr. in l. ult. §. si ad uers. fisc. ubi dicit speciale in fisco & querit quādo talis creditor est minor, an & qd habeat regressū, & qd ista lex nō pcedit et qd res suit totū pfecta. PVT.

LEX XI.

1. Si res pignorata alienatur, aut impignoretur, & perueniat in dominium debitoris, an pignus reintegretur, & nu. 2.

a Solita. Hæc est singularis lex, & qui nesciret hanc l. semper responderet qd hūc casum. ¶ Si res, in qua semel remis sum est pignus, de nouo in dominio debitoris peruenierit, pignus nō reintegrat, generalis obligationis vigore. h. d. Opp. de l. sicut. §. superuacuū. ff. quib. mo. pig. uel hyp. so. Glo. dat multas sol. Ista est

b vera, qd ibi erat dubiū, an res exiuerit de bonis debitoris, an nō. hic erat certū, qd bona debitoris exiuerant, & tō, vt tibi liqueat plenē materia huius titu. distingue, aut pignus alienat, aut impignorat. Si alienat, tūc, aut p modū manumissionis, & tunc pntia cu taciturni

tate inducit pignoris remissionē, ut s. e. l. j. aut p aliū modū, & tūc, aut alienat a fisco, aut a priuato. Primo casu, sola pntia cu taciturni

tate inducit remissionē, vt s. e. l. si hypothecas. Aut ab alio, & tūc aut pcessit monitio facta a iudice, qd creditores adessent, & idē, vt s. e. l. si eo t. pe. Aut talis monitio nō pcessit, & tūc, aut facta est credi

to ignore, & sine dubio, ius pignoris nō tollit, vt s. e. l. iij. & s. de pig. l. debitorē. Aut eo sciente, & tacēte, & idē, qd scit ius suū vbi que durare, vt l. sicut. §. nō v̄. ff. q. mo. pig. vel hypo. sol. Aut exp̄se p̄sensit, & tūc, aut res nō exiuit bona debitoris, & durat pignus, vt l. volūtate. i. prin. qb. mo. pig. vel hyp. so. Aut exiuit, & postea reuer

sa est, & tūc, aut reuersa est ex eadē cā, ex qua exiuit, & idē, vt d. l. vo

lūtate. i. prin. & s. fi. Aut verō, ex alia cā, & tūc pignus nō reintegretur, vt hac l. fuit. n. ab initio solutum, vt s. e. l. iij. & l. cum te. Si verō, dubitatur, an bona debitoris exiuerit, vel non, tunc, ex eo, qd debi

ADDITIO N E S.

a Alex. ¶ Solita. Quod ualeat dicta donatio, saltem in præsentib. non autem in futuris, est tex. in l. sancimus. post prin. j. de do. ubi licet donari non possit ultra legitimum modum sine infinuatione, ualeat tamen donatio usque ad legitimā quā titarem. Item ne utile per inutile uitietur. uide Ang. cōs. 179. licet communiter op. Bar. & omnium sit in contrarium. Et ratio huius tex. suit, quia creditor consentit alienationi, sibi, ergo imputetur. Item facit l. peculium. §. j. ff. de pec. leg. ¶ Adde, quod etiam Ang. consiluit, quod nec ualeat in præsentibus, confi. 179. illud, quod alle. Alex. est c. 6.

b Alex. ¶ Res exiuerit. Sed postea hic distinguendo, declarat totum istum titu. quando creditor uideatur remisere ius pignoris, si debitor uendidit nel pignorauit unū obligatum creditoris, & adde Bart. in d. l. sicut. §. non uidetur. & ibi latius, & Bar. in l. fi. fine. §. ad Velleia. Et de tacente ponit Bart. in l. non fatetur. de conf. l. Item, intelligas ratione contentionis, qd remittat ius suum præsens, & tacens. l. si seruus communis. de do. inter uir. & uxor. firmat Lud. in l. quā dotis, post Bar. ff. sol. mat. & dum dicit, qd ibi fauore religionis, anth. si seruus. de epi. & cleri. canonizata 4. dis. seruus. Item fallit, si tacens non contradicit receptioni, aduersus eum factę, ad causandum sui iuris exceptionem. Gl. est in l. fi. fideiussor. in prin. & ibi doc. qui sat. cog. & similis in l. fin. §. item si. ff. nau. cau. stab. Facit l. cum plures. §. locator. ff. loc. per Imo. De hoc ultimo, in l. non solum. §. morte. ff. de ope. no. nun. Et dicta limitatio, per d. l. seruus communis. forte non est uera, quia ibi res donabatur, si taceo, uideo prædicare mihi in dominio, quia de natura donationis est, qd transferatur, dominium, sed in casu nostro, si non das & taceo, non obstan. ratione prædicta, non uidetur remittere ius pignoris, quia hoc non agebatur, nec erat de natura huius contractus. Adde Bal. confi. 274. ij. uol. incip. in Christi nomine, punctus super quo queritur.

titus semper possideat, præsumitur nō exluisse, & pignus dura re, ut l. sicut. §. superuacū, quib. mod. pig. vel hyp. sol. Secundo casu qn pignus alteri pignorat, aut creditor alius tacuit, & sibi non præfudicat, vt d. l. sicut. §. nō vf, qui. mod. pig. vel hyp. sol. Aut expresse consensit, & tunc, aut est certum, quo animo pignorat, si animo remittendi, vel non remittendi ius iuum, & statim certo, ut l. creditor. §. si tecū ff. qui po. in pig. hab. Aut de animo nō pignorat, & tunc aut erat mulier, & vñ remittere ius pignoris, quo ad illum fin creditorem tantum. arg. l. iubemus. §. ad velleia. Aut erat masculus, & tunc sibi præjudicat, quo ad omnes, ut l. Paulus. quib. mod. pig. vel hyp. so. Modo habetis expeditum istum passum, quem non expediuit ibi, in l. quæ dotis ff. sol. mat.

Etiam ad chirographariam pecuniam.

Rub.

LEX V N I C A.



Ignus. Per nouationem pignus extinguit, nisi fuerit repetitum. Itē pignus potest retineri, & ob chirographariam pecuniam, & principale debitorē. Secus, & alium creditorem debitum offertentem. h. d. haec no. & singu. lex. ¶ Opp. & vñ qd ea, quæ insunt in j. obligatione, intelligentur repeatita in sequenti, quæ sit animo nouādi, ut l. aliam ff. de nouā. Sol. ut ibi. Op. q. ob chirographariam pecuniam, pignus non possit retinēri, vt l. per retentionē. s. d. vñ. Sol. distinguē: aut pignus fuit obligatum pro certa quantitate expresse, hoc acto, vt p. alia nō retinatur, & nō poterit retinēri, ut ibi secundum vnam sol. hic positam. Aut hoc non fuit actum, sed obligatio fuit facta simpliciter, & tunc, aut pecunia, p. p. quam quis vult retinēre, est debita naturaliter tantum, & non potest retinēri, vt l. per retentionem, aut est debita etiā ciuiliter, & tunc, aut est usura & non potest retinēri odio usuraru, vt l. §. Aut est sors & tunc secus ut hic. Facit. ff. de pignorata. l. solutuim. §. si in sortem. Cætera dic, ut in glo.

ADDITIO N E S.

- a Alex. ¶ Pignus. H. cl. non habet locum in debito usurario. Adde gl. & Bal. in d. l. per retentionem, nec etiam habet locum in debito naturali l. pignus. §. de pig. b Barb. ¶ Opp. & uidetur. Item fallit, odio pœna Ita dixit Bal. per illum text. in l. pignoribus. §. de us. quæ bene not.

De distractione pigno.

Rub.

LEX SECUNDA.



Reditor. Nota. est ista lex & mēti tenenda. ¶ An tequam pignus vendatur, debet moneti debitor, cui tenebitur creditor, in eo, q. fraudem cōmiserit. hoc dicit. Allegabam tibi hanc l. in repeal. alio. ff. de ali. & ciba. leg. & inter alia, quæ sui ytrum, quando executor vēdit fundum, debeat notificari hæredi. Et uidetur hic textus:

LEX V.

Si residuum. Impiorari potest arbiter, ad calculandum rationem inter debitorem & creditorem. h. d. vide gl. quæ incipit, si autem, &c. de qua feci determinationē in l. acceptam. §. de usuris.

ADDITIO.

- a Barb. ¶ Si residuum. Vide Bar. in confi. 135 inci. literas mag. uestræ.

LEX VI.

Executor, an pro modo legato, possit vendere magnam possessionem.

Quamdiu. Vide gl. fi. huius l. ibi, sed si plura, &c. ¶ Quæ ro, utrum executor pro modo legato possit vēdere magnam possessionē. Dic, ut in gl. & in l. pe. §. quādo decre, opus non est, & dicit, qd pōt ponere manum, ad quam rem uelit, tamen gl. hic vñ aliter dicere, qd die, vt d. l. alio. de ali. & cib. leg.

ADDITIO.

- a Alex. ¶ Pro modo legato. An pro modo debito, possit uendi res magni ualoris, uide tamē in l. a duo Pio. §. in uēditione. ff. de re iud. & facit ad hoc, quod no. Bar. in l. iij. §. de neg. gest. & in l. Julianus §. offerri. de act. emp. & Bar. in l. creditor. alle. in gl. Adde secundum Bal. quod ob es alienum, res pupilli magni p̄tij, uendi nō pōt pro modo debito, si alia res erat, quæ posset uendi, ad concorrentem quantitatē, uel quasi, aut non poterat, aliter satisficeri nec erat alia res, & illa pro parte uendi non poterat, & tunc totum ualeat, arg. l. si sponsus sponse. §. generaliter ff. de do. inter uirū. l. fi. §. de bo. auth. iud. pos. aliter uenditio non ualeat, etiam si decretum iudicis interueniat. Ita uoluit ipse Bal. confi. 60. 3. uol.

Debitorem, uenditionem pignorum, impidere non posse. Rub.



LEX PRIMA.

I sunt. Prohibitio debitoris in testamento, uel in ter uiuos, non impedit pignoris alienationē: idē si non totum debitum offeratur. h. d. haec lex.

- a Alex. ¶ Si sunt. Vide Bal. in l. iij. §. si aduer. rem pigno.

Si vendito pignore, agatur.

Rub.

LEX PRIMA.

Ræses prouinciaz. Hæc est subtilis lex. ¶ Si creditor in distraheō pignore dolum cōmitit, debitori § ipsum auctio com petit, & in subsidium § emptorem dolo participante. h. d. Opp. & videtur, q. venditio non valuerit, vt j. l. prox. Huius more gl. distinguē tres casus, aut creditor non habebat ius vendendi, aut habebat, aut non fuit in dolo, aut fuit in dolo ipse taetur, aut ipse & emptor. Et dic, vt in gloss. ¶ Circa hacl. ¶ Quæro, qua actione potest agere iste debitor, cuius res est uendita § ipum debitorē: Gl. quæ est hic, dicit, pignoratitia actione. Vide gl. su. et verbo, iubebit, l. st. gl. procedit clare, qn creditor vē didit pignus quod sibi fuit traditum: nam obligatio ista, ex qua oti tur pignoratitia § creditorem, § hitur re, vt insti. quib. mod. re § hi. oblig. Sed si creditor vendidit hypothecam sibi traditam, quod facere potest, vt §. ti. ii. l. hypothecis. tunc nō pōt habere locū pignoratitia, quæ non est § & a de necessitate, ergo agendum erit actione de dolo. ¶ Quæro, qua actione agit iste debitor, § emptorem dolō participante? Gl. ponit op. Quidam dāt, interdicto fraudatorio, quod gl. reprehendit, q. a hodie habet locum Pauliana ex ti. de his q. in fraud. cred. Puto qd habeat locū fraudatorū interdictum. Nā edictum, de his quæ in fraudem credi. habet locum, quando qs uenit, rem suam in fraudem creditoris sic aut uendit rem alienam, in fraudē alterius, non suam propriam: & ideo habet locum interdictum fraudatorum, de quo licet ti. expressum nō habeamus, tamē facit tex. mentionem de illo, in l. pupilli. in prin. de sol. & l. fr postulante. in prin. ff. ad Treb. licet improprie ibi ponatur, & ideo bene fecit lo. qui in arbore sua fecit specialem tit. de interd. fraudatorio. Dixi de hoc, in d. l. pupilli. ¶ Sed quæro, quid excludam in hoc interdicto? Dico, quod hic, ante oīa debet præcedere discussio in bonis creditoris alienantis, ut hic, in prin. Sicut dicimus, qn agitur illo edito, de his q. in frau. credi. vt l. ij. & l. ignoti. de his quæ in frau. credi. qua discussione facta, petam, ut perinde cogatur mihi ad illā rem restituendā, ac si venditio p. r. creditorem facta nō esset, vt d. i. si simili. Insti. de auctio. §. itē si quis in fraudē & pbatur in si. huius legis.

ADDITIO.

- a Alex. ¶ Subtilis lex. vide quæ no. Bar. in l. iij. 3. de iure fis.

Delitione pignoris.

Rub.

LEX SECUNDA.

Intelligere. Licet tollatur auctio personalis, nō durat hypothecaria. h. dicit. Quod modo hoc possit esse, q. sublatō principali, remanet accessoriū? Cynus hic tractat, & facit unam longam filiationem, & hæc est no. lex.

ADDITIO.

- a Alex. ¶ Intelligere. Adde gl. no. in l. si paternam. & ibi Bal. in fi. s. aduelle. Si vñus ex pluribus hæredibus, creditoris, vel debitoris. Rub.

LEX SECUNDA.

Ctio quidem. In hac l. fi. quæro t. qualiter thecaria. Hic vñ tex. quod debet alterna iue excludi, vel vt debitū soluat, uel possessionē cedat, seu possessionē restituat creditori, q. nā hypothecariē est, ut nudā possessionē aduocet, vt l. si cū venditor. §. i. de euict. l. illud aut, qd possessor debitū soluēdo, pōt retinere rē, nō est ex natura hypothecariē, sed ex quādam præte possessori cōcessi, ut l. inulier. ff. qui potiores in pig. habent. & quib. mod. pig. vel hypo. so. l. Paulus. §. fi. 2. sultius est, quod concludatur isto modo. peto eum mihi condemnari ad tradendū mihi possessionem dictæ rei, retinendam in causam pignoris pro prædicta quantitate, donec mihi integrè satisfiet. Si tamē formetur libellus, prout hac lege in fi. dicitur, non reprobarem cum.

ADDITIO.

- a Alex. ¶ Actio quidem. Vide, Bar. in l. hæredē. sup. de hære. auct. & Bart. in l. mo. chis. ff. de iure fis.

Si pignoris conuentionem, numeratio pecuniæ sequuta non fuerit. Rub.



LEX PRIMA.

I pecuniam. Istam legem habuistis de verbo ad verbum. supra de non numera. pecu. & ibi multa dixi.

De

De exceptione seu præscrip.

L.Licet.

105

De iure dominij impecando . Rubrica.

LEX PRIMA.

Ominij. No. istam l. contra eos q faciunt conce. a. d. licentiam b. a iudicibus nuntijs, citandi omnes suos debitores, quod non valet nisi debitorū no. nina exprimantur. h.d. loco summarij.

ADDITIONE S.

a Barba. Dominij. Vide Ant. in c.j. de iud. & ibi Io. de Inio. & ibi dixi, & vide Bar. in l. s. de exhib. reis.

b Alex. ¶ Licentia. No. de generali licentia nuntio citandi. Adde, Bar. in l. qui au- tem. §. f. de consti. pecu. & in l. 1. in addi. & ibi dixi.

LEX II.

Si creditor. Per vnum actum p̄tium recedit a priuilegio a. l. h. d. De materia huius. l. h. d. plene per doct. in l. voluntari. s. de execu. tur. & in c. cum accessisset. de consti.

ADDITIONE.

a Alex. ¶ Receditur a priuilegio. Probatur in l. j. in c. f. f. de consti. pecu.

LEX III.

Vetusissimam. Antiqua obseruatione sublata, debi- tor moneat, vt certo tpe soluat: quo elapsa a Principe dñi impetrat, post quā impetrationē debitor in tra bienniū audietur, & res legitimè estimabitur, vt si quis ultra ha- bet, restituat, & quod minus acceperit, consequatur. h.d. No. g antequam pignus uendatur a creditore, debet præcedere denuntia- b. tio, & post denuntiationem debet labi biennium, antequam uen- datur. Item no. qualiter ius domini impetratur, & cum quanta so- lēnitate: sed hoc nō seruatur fm statuta Italiæ. ¶ Ultimo no. de esti- matione fienda per iudicem, dixi in l. ij. s. de rescin. vendit.

ADDITIONE S.

a Alex. ¶ Vetusissimam. Limitat Ang. in l. debitoribus. ff. de re iudi. h.e. lex lo- quitur in foeneratore, & vnu foenerator non potest uendere, nisi elapsio bien- nio, secus in alio creditore, quia si interuenerit tacita monitio, potest uendi. al- leg. l. si conuenerit. ff. de pig. actio.

b Ale. ¶ Denuntiation. Qualiter hæc lex procedat, vide Ang. & Imo. in l. si finita. §. postea aut. ff. de dam. infec. post Bar. & §. Iul. ea. l. & Ang. & Imo. in l. debitorib.

De pactis pignorum. Rub.

LEX PRIMA.

I. Pactum legis commissoria in pignoribus, est, quod fit per uerba directa, & Simile est illi, quod fit per uerba obliqua.



Vipactus. Ad cuiusdētia istius l. debitis scire, φ sicut in p̄tū emptiōnis, & uen- ditio. dī p̄tū l. cōmissoriæ, q̄n fit per verba directa, ut puta res sit inēpta. Ea verò pacta, quæ s. ut p̄ verba obliqua, uel inflexa, ut res reuertatur, restituatur, &c. Ista non dñr pacta l. cōmissoriæ. sed pacta similia illi pacto l. cōmissoriæ, ut vidistis in l. j. & l. cōmissoriæ. s. de pac. in- ter emp. & ven. & no. in l. j. ff. de do. Ita eodē t̄ mō in pignore, illud dī pactum l. cōmissoriæ, quod est factū per verba directa, ut puta, si debitor ad diem non soluerit, pignus sit creditoris; sed si fieret per uerba obliqua, ut puta, q̄ pignus detur in solutū creditori, aut debitor promisit se dare insolutum, tunc non est pactum l. cōmissoriæ, sed sibi simile, de quo loquitur ista l. i. quæ breuiter dieit. Pa- cillum simile pacto. l. cōmissoriæ. in pignoribus, nihil operatur. h.d. Materiam huius l. dicam infra eodem. l. fin.

LEX II.

I. Pactum, quod si pignus luatur, cedat in solutum appositum incontinenti, non ualeat, secus ex intervallo, & in l. quoniam. in fine infra eo.

Si fundi. Cessante cā pignoris, pignus debet reddi. h. d. vel aliter, pactū l. cōmissoriæ, uel aliud sibi sile, ex pacto

a post facto in pignori. nō reprobatur. h. d. Querit gl. qd si actū fuerit vt re empta euicta, retineat pignus ab emptore, eodēq; creditori. o co primi fundi, an valeat? Glo. dicit, qd sic, & sic pōt intelligi hoc, & hoc ēt secūdo mō summaui tibi. Sed p̄ hoc opp. nonne. hoc cft pa-

I. ctū l. cōmissoriæ, uel ei simile, ut pignus retineat? R. n. illud pactum hic fuit appositiū, ex intervallo, iō mō reprobatur, ut l. Titi. ff. de pig. act. & s. de pig. l. cū dñam. Dixi uobis. in l. quis. ff. de solu. Rō huius est, q̄a tpe quo p̄tū debitū, debitor faceret, q̄cqd creditor uellet in mōdo, ut hēret pecunia. iō lex uoluit, qd nō ualeret tale pactū, ut pi- gnus hēret insolutū p̄ debito, sed q̄n ex post facto, debitor facit cre- ditori tale pactum, tunc cessat ista rō, ideo ualeat. Et etiam ista ratio probatur. j.l. prox. Ita debitis intelligere hanc materiam.

ADDITIONE S.

a Alex. Post facto. Et post factum p̄tū l. cōmissoriæ, ex postfacto ualeat. Et vide Bal. inc. 1. de feu. da. in uicē legis cōmissoriæ. & Bar. j.l. prox. ¶ Quod autē cōpro- bēt iuro pactū l. cōmissoriæ in pignorib. not. Guid. pap. q. 6. c. 6. s. 8. 1. P V T.

b Alex. ¶ Reprobatur. Sed nunquid p̄fuetudo p̄ hanc l. ualeat? Bald. quod non, in l. 2. quæ fit long. p̄fue. & Bal. in c. j. de feu. dato in uicē legis cōmissoriæ, dixit, qd si pignoro tibi hanc rem, & si non tuo intra mensem, non possit amplius lui. An istud si pactum legis cōmissoriæ dicit, quod sic, dic ut ibi, & pone plures q. in hac materia, & Bal. in l. f. s. de sh. emp. & vide, quæ dicit in l. j. ff. de l. commis. & addit Bar. in l. quamvis. de sol. Sed pone, foenerator mutauit mihi re uera cen- tum, pro quib. ego faciā chartā uentionis cuiusdā domus, hoc pacto, qd ego promitco reemere hanc domum post quinquennium, & non ante. Adde Bal. no.

bendi alijs pficiat? Tu dic, aut sūia lata est sup facto, quasi nō sit debiti, vel quasi nō fuerit debiti. aut sup iure, quasi persona vni⁹ nō poterit obligari, aut dubitat. Primo casu indistincte sūia lata, p vno, alteri pdest, siue sint socij, siue nō. Et hoc arg. legū dicētiū q̄ sūia lata p fideiussore prodest reo principali, licet fideiussor nō intersit, vt l. duob. §. a fideiussore ff. de iureiur. & de fideiussore. l. amissi. §. fi. Secundo casu, aut q̄si persona ipso iure nō teneat, & nō pdest alteri, q̄ n̄ sunt duo rei, ar. l. si ex duobus. in prin. ff. e. Aut quasi teneat, tñ est ratus aliqua exceptione, vel teneat salie nāl, vel nō pbauit creditor, & tūc aut sunt socij, & absolvatoria lata p vno pdest alij. Aut n̄ sunt socij, & tūc nō pdest, vt ff. rē ra. hab. l. i. Facit ff. de arb. l. si duo. Et sic dēt intelligi q̄ no. Iac. de Are. i. l. i. ff. e. vbi ista tetigit. Aut dubitatur, & tunc in dubio vñ lata absolvatoria, quia actor non probavit, & recte inspicēdo collit exemplū in l. Julianus. in prin. ff. de qdi. inde. & l. procurator. ad exhib. ff. rē rat. hab. de excep. rei iud. l. & an 44 eadē. in §. j. licet aliud in iureiurando, vt dicā j. in p xima qō. ¶ Secundo est vidēdū, vñrū sūia p dēnatoria lata q̄ vnum ex correis debēdi, alteri pjudicet? Et dico indistincte q̄ nō, vt collit in l. fi. j. i. vbi sūia lata q̄ vñ, nō mādat executioni q̄ alij, sed q̄ eū remanet integra actio, & sic opus ē nouo pcessu, & sic absolvatoria aliquā pdest, p dēnatoria nūquā nocet. Sif̄ hēs s. si ser. ven. l. loci corpus. 45 §. si fundus. & l. si de cōi. e. ti. ¶ Tertio est vidēdū de reis credēdi, & indistincte dico, quod lata sūia p uno siue q̄ vñ, indistincte nocet alijs, cū p litis cōtestationē poccupauerit debitū ille agēs, siue sit socij, siue nō, vt l. fidei cōmissa. §. plerūque ff. de leg. iij. l. ex duob. ff. e. ergo. & c. Dices tu, istud ē q̄ casum l. si duo. ff. de arb. vbi sūia lata q̄ vñ de reis credēdi, nocet alij, ita demū, si socij ē, sed ibi dico in sūia arbitri illud est, ex qua nulla oritur actio. vt s. de arb. l. i. & litis cōtestatio fcā corā arbitro nō hēt illū effectū, de quo dixi s. pxi. q. sed solū ius, l. q̄ oritur ex compromisso, de quo dicam j. in vj. q. 46 ¶ Quarto ex ordine q̄ro, d̄ iureiurādo. & hic vñ quodāmō idē dēdū, q̄ i sūia, nā primo vidēdū ē d̄ iuō delato vni ex correis debēdi, q̄ iurauit se nō teneri, an alteri pslit? Etdic, aut fuit iuō sup facto, quali nō sit debitū, & idē alteri pdest, siue sint socij, siue nō, ar. d. ex duob. & ibi no. i. §. a fideiussore ff. d̄ iureiur. Aut sup iure, quasi persona iurāris nō teneat, & tūc iuō alteri pdest, si sint socij, als secus, vt d. l. duob. §. ex duob. Aut dubitat, vñrū sit delatū sup iuō, vel sup facto, & tūc in dubio vñ delatū mere sup facto, & nō sup iure, vt l. si. de iureiur. & hoc tenet gl. i. l. duob. §. i. d̄ iureiur. & ff. qua. re. act. nō da. l. i. §. si fideiussor. Et si dicas, quare secus in sūia, vbi nō vñ iudicatiū super facto, vt s. pxi. q. dicētiū est? Rā. q̄a iuō hēt vim solo 47 nis, q̄ secus ē in sūia. Et hoc vñ d̄ intētione gl. s. all. ¶ Secundo ē vi dēdū, qd̄ si vñ ex correis debēdi actori dūlū iuōrādū, an correi noceat? Dico q̄ nō, vt dixi s. in sūia, vt l. iij. §. pe. ff. d̄ iureiur. l. nā po stea. cum l. seq. e. ti. Illud est verum, quantum ad actionē, q̄ orit ex iureiur. sed quantum ad p̄scriptionē inter rūpēdam, alteri correi nocebit, vt s. c. l. fi. q̄iūcta l. nam postea. §. si is q̄ tpali. ff. d̄ iureiur. 48 ¶ Tertio est vidēdū de iurei. delato ab vno ex correis credēdi, vñrū alteri noceat? Et dico q̄ noceat alteri indistincte, siue sint socij, siue nō: nā cū iuō hēt vim litis contestationis, vt d. l. si is qui tpali. & per litis contestationem alteri p̄judicatur, vt dicētiū est in l. fidei cōmissa. §. plerūq; de leg. iij. ergo, & c. sic loquitur l. duob. in prin. ff. de iureiur. & gl. hoc sentit in l. si vñus. in prin. ff. de pac. & sic gl. in d. l. de duob. q̄ distinguit, siue sint socij, siue non, loquitur male. ¶ Sexto principali q̄ro de pacto, an pactū factū vni ex correis debēdi, p̄lit alijs correis? Et cōis doc. op. est, q̄ pactū vnius p̄sit alteri, si socij sunt, als secus. Ita no. in d. l. idē in duob. ff. d̄ pact. vbi tex. 2trarius vñ l. eadē. i. §. j. ff. e. & ff. de arb. l. si duo. de li. leg. l. iiiij. §. nūc de effectu. Sed certe tex. in d. l. eadē. §. j. uñ requirere duo, l. q̄ sint socij, & cōis cui p̄terueniat. Idē gl. in d. §. nūc de effectu. ut sentire idē, q̄ nō sunt socij. Vñ p declarādo isto passu, primo oportet uidere, qualr̄ intelligat iura, q̄ dñt, si sunt socij, vel non, de qua societate hic intelligat. De hoc sunt multæ gl. Vna est ff. ad Vel le. l. vir uxori. §. fi. in gl. mag. q̄ dicit q̄ licet cōiter q̄hāt, & in cōes vñs accipiant, non tñ dñr socij. Alia gl. ibi sequēs dicit, q̄ ita demū sunt socij, si hoc actum ē, als. secus. Alia gl. est l. si duo. ff. si q̄s cau. q̄ dicit, siue sint socij omnium honorū, siue eiusdem obłonis. Certe in quantum d. gl. dñt de socijs omnium honorū, bñ loquuntur: sed iuātū dñt de societ. te eiusdē litis, vñ eiusdē obłonis, et bñ dñt, sed dēs intelligere hoc acto, q̄ oē cōmodū, & incōmodū pueniēs ex illa lite, vel obligatione sit cōmune, & tunc vere sunt socij, vt ff. pro soc. l. si vñus ex socijs. in prin. Ita tenet Iac. de Are. in l. eadē. §. j. ff. e. & l. si duo rei. Hoc p̄missio dico, q̄ pactū factū vni ex reis pdest alteri, si & iuātū p̄tinet interest eius, cui pactū factū ē fīm rīam posīta. ff. d̄ pac. l. h̄rdi. §. fi. & hoc siue sint socij, siue nō. Declaro primo i. nō socijs, si factū est vni pactū de nō petēdo, si alter cōuetus esset, & exactus h̄ret regressū q̄ eū, cui pactū ē fīm in totū, quia forte tota pecunia ad cū puenit, vel in pte, si pars tñ pecuniae puenit ad eū, catenū sibi pactū proderit, quatenus interest eius, cui pactū est. Et hoc tenet gl. in d. l. iij. §. nūc de effectu. de lib. lega. Sed si sint socij, tūc idē q̄ si alter cōuetus nō esset habiturus regres-

sum q̄ illū cui pactū factū est, vt puta, si ex propria culpa puenit, tūc pactū factū unius, nō pdest alteri: secus si cōtū habiturus regressū pactionē p socio, vt ga ex cōi culpa puenit. Et hoc est q̄ d̄ in d. l. eadē. §. j. ff. e. si socij sunt, & cōis culpa intercesserit. q. d. secus si ex propria culpa cōueniat. Ad vnum tñ aduerte, q̄ eo casu, quo socius q̄ socij ē habiturus regressū, tūc pactū factū vni, pdest insolidū alteri, & i. hoc disert a nō socijs. Ad cuius intelīm pone exemplum. Sunt duo rei socij i. xx. facio vni pactū, certe nō potero aliū puenire in decē, q̄ si ille ipsa x. solueret, quinq; repeteret a socio, cui factū ē pactū: eodē mō si vnum tñ denariū repeterem, illius partē repeteret ab eo, cui est factū pactū, cū oē cōmodū, & incōmodū dēt eē cōe, vt s. dicētiū ē. & iō q̄a nō pōt talē pueniri, q̄ n̄ inqē tē ille, cui factū est pactū, iō pactū sibi pdest insolidū. Et hoc vult dicere, si bñ aduerta. ff. de arb. l. si duo. in prin. put legit in duob. reis debendi. facit ff. si gs cau. l. si duo. in prin. & q̄ iō no. Sed q̄ p̄di & a opponit del. si ex duob. in prin. ff. de l. i. g. gest. q̄ 3dicit i. duob. Primo q̄ denūciatio vnius ex socijs nō pdest alteri, hic secus i. pacto. Sed certe licet ibi sint socij, tñ nō erāt correi, q̄a qlibet p pte sua tenebat, iō vnius denūciatio ipedit, p pte tñ actionē correi, sed hic loq̄t, cū essent insolidū obligati, vt rei, & socij, tunc pactū factū vni simp̄t solidā obłonē respicit, cū insolidū teneat. iō, alij pdest cū pacifcētis iterest, vt dicētiū ē. Sed si poneres pactū esse factū vni, p pte sua tñ, tūc fateor q̄ alijs nō pficeret, q̄a esset eadē rō q̄ est in d. l. si ex duob. ¶ Scđo op. ad illud q̄ dixi q̄ ēt si aliquis p pte dimidia puenit, hēt regressū q̄ alij, cui pactū factū est, q̄a hoc vñ 3d. l. si ex duob. & q̄ ibi no. in vlt. gl. Sed certe gl. in illa l. dicit qđ illa l. nō p̄t h̄re locū i. socijs oīm bonorū, & iō inquātū hic loq̄t in socijs oīm bonor. illa lex nō ob. sed inquātū loq̄t in socijs eiulsdem obłonis, illa lex q̄dicit. Sed forte illa gl. nō bñ loq̄t, q̄a ille text. dicit, q̄ ille q̄ phibuit, non debuit dānū pati ex persona alterius, nō āt dicit, q̄ ex persona alterius lucret. Sed si alijs cōicaret sibi lucrum ve niēs ex gestione, & illud q̄ soluit gestor nō recuperet, iā hic lucrat. Sed posito q̄ illa gl. verū dicit. Rādeo q̄ legis phibētis vñm sołonis p pte phibētis tñ, hic vero pactū vñm sołonis n̄ hēt, vt no. in l. si vñus. in §. sed si generari. ff. de pac. Rā. q̄a cū nihil p sua pte vñ deaf soluisse ille, cui factū ē pactū, alteri cōuetus ab altero repeteret. Habem⁹ ergo ex p̄dictis, q̄ qñq; sunt socij, & nō correi, & ita loq̄t l. si ex duob. Qñq; sunt correi, & nō socij, & ita loq̄t gl. l. iij. §. nūt de effectu. ff. de lib. lega. vt s. dixi. Qñq; sunt duo socij, & correi, & tunc aut pactū factū ē uni p pte sua tñ, & alijs p̄t pro parte sua cō pueniri, arg. l. si ex duob. ¶ Aut fit simp̄t, & tūc dic vt s. dixi. Sed q̄ro, q̄ ē rō diuersitatis inter pactū, & acceptilatio ē. Rādeo patet, q̄a acceptilatio hēt vim sołonis. Itē q̄ ē rō quare distinguat in sūia, & iuō, & alij i. pacto. Dico q̄ rō ē, q̄a sūia & iuō declarāt debitū n̄ subesse: secus in pacto. Itē iuō hēt vim exceptionis vt dixi. Vidi- 51 mus an pactū factū vni reo debēdi, p̄sit alteri. ¶ Sed q̄ro, an factū ab uno noceat alteri. Dico q̄ quātū ad inter rūpēdam p̄scriptionē alteri noceat, ut j. c. l. si. quo ad alia nō reperio q̄ dēat nocere. ergo. 52 & c. ut l. si unus. §. ante oīa. ff. de pac. Superest ut i. videamus de reis credēdi. an pactū unius prosit. uel noceat alteri? Et hic est aduerte. dū, q̄a qđā sunt pacta, q̄ totalr̄ obłonē permūnt pristinā, ut acceptilatio, & de hoc dicētiū ē. Quādā sunt pacta, q̄ totalr̄ pristinā obłonē nō tollunt, ut pactū de nō petēdo. Itē pactū de q̄stī. pec. l. itē illa. §. fi. de q̄stī. pec. Quādā sunt pacta q̄ l. obłonē totalr̄ permūnt, tñ reliquiae remanent, ut nouatio. nā noua obło loco primaz p̄stituitur, & ista duo ḡna pactorū quātū ad p̄positū vñr̄ esse eiusdē nature, & uñr̄ unius pactū alteri nō noceat, ut ff. de pac. l. si unus. in prin. In 3riū uñr̄ q̄ noceat, ut ff. d̄ 2stī. pec. l. idē ē. & de noual. si rē. §. fi. duo. Gl. in d. l. si unus, ponit alias sołones, q̄ p̄tinēt merā diuinationē, sed in d. §. si duo. ponit als sołones, inter quas ponit hanc. Aut sunt socij, & pactū unius, & nouatio noceat alteri. Ita loquitur. §. si duo. Aut non sunt socij, & tunc non noceat. Ita loquitur l. si unus. & hoc tenet Dy. Certe ista solo est directe q̄ casum legis. si unus. in prin. ubi expresse loq̄t i. socijs. Sed gl. nitit r̄ndere, sed nō p̄t euādere sine magna uiolētia. Vñ Gul. de Cu. dicit totum 3rium. Aut sunt socij, & pactū, & nouatio unius alteri non noceat. Ideū in nouatione, ut d. l. si unus. Aut non sunt socij, & pactū, & nouatio vñus alteri noceat, ut d. §. si duo. Ratio huius est, quando sunt socij, debitum est cōe. unde unus non p̄t pacisci in p̄zjudicium alterius. Sed quando non sunt socij, debitum est cuiusq; propriū, & unusquisque p̄test facere quicquid ipse uult, neq; in aliquo alteri tenet. Pro hoc est tex. ff. ad l. Fal. in l. Falcid. hoc esse seruandum. tener ēt hoc Iac. de Bel. in aut. de duo. re. in cor. pote. Et istā op̄i puto uerā. Do. gl. q̄ ita distinguit, & allegat, & dicit hāc fuisse op̄i. Azo. ff. e. l. ex duob. licet ipse ait dicat. Dico ergo aīr sic, & latī. Aut sunt duo rei credēdi, ex cā onerosa, quia uendiderunt, uñl mutuauerūt, uel alio simili mō. Aut sunt correi ex cā mere lucrativa, ut puta, ex cā legati, uel donationis. Primo casu pactū unius non noceat alteri, quia debitum nō est uniuscuiusque propriū, sed magis cōe, si pecunia ab utroque cōiter p̄cesserit. Casus est in d. l. si unus. i. prin. ff. de pac. prout gl. intelligit in societate non conuentionali, ut not. in d.

in d. si duo. Fatoe tū si pecunia ab uno tuū profecta esset, quod pactum vnius alteri noceret, ga vere debirum ē vniuersitatis proprium, vt ff. ad Mace. l. sed Julianus. §. non solum. & §. ie. Secundo casu dic. Aut sunt socij, aut non, vt §. dixi. & §. fin. istam distinctionē det intelligi. ff. ad Velle. l. quāuis. in §. qq. & q. ibi no. in gl. Sed hoc vñ §. l. si duo. de arb. sed statim apparebit solo. Est & aliud genus patitorum, per quod prima oblo nullo modo permittitur, sed persona pacientium obligantur ad poenā, si quis peteret, vel si fecit promissum. nā si arbitr̄ vetuit non petere, ius primū incōcussum remanet sine alicuius exceptionis obstaculo, vt l. j. §. de arb. sed petens incidit in penam. isto casu si vñus ex reis credēdi promisit, & vetitum est petere altero petente incidit in poenam, si socij sunt, vt d. l. si duo. als secus. Dicetis vos q. ē rō g. hic tactū vnius, qui ē socij, magis p̄iudicet, q. si non est socij, cū §. proxime dixerim triū in pacto? Rn. ille qui compromisit, non fuerat i culpæ gessir. n. negotia cōia ea diligentia, qua gerebat sua, vt l. socius. ff. pro soc. Vñ li alii socius peteret quicquid exigere deberet p̄mittenti, & pacienti cōicare, & sic si petit nomine eius vñ petere ad eius vtilitatem, merito in penā incidit. Et hoc dicit text. in d. l. si duo. sed in pacto p̄t culpa pacientis imputari, cum debitorem liberauit, iō aliis socius p̄t pro pte sua agere, nec repellit pacti exceptione, q. illud q. exigit, non dēret cōicare pacienti socio, p. p. eius culpā, & sic nō vñ agi noīe pacientis. Sed si deberet cōicare pacienti, dico q. ob. pacti exceptio, p. d. l. si duo. si qs cau. & l. si duo. i. prin. ff. c. 53 & ibi est casus, & ista sunt subtilia, & d. mēte iuris pcedūt. ¶ Septimo qro de nouatione, & primo de reis debendi, & tunc dico. Aut vñus paciscitur animo nouandi, & liberādi alii, tūc non est dubiū q. alteri p̄dest, q. hoc posset quilibet extraneus, vt l. si Stichū. §. fin. ff. de noua. de sol. l. si debitor tuus. Aut vñus paciscitur animo nouandi obligationem, qua ipse tantum tenetur, hoc expreso: quod ad alium non porrigatur, & tunc alias non liberatur, quia idē contingit in solutione, vt ff. man. l. Papinia. & ff. de solu. l. Modestinus. & ibi nota. per Dyn. Item in acceptilatione idēm contingit, vt dictum est. Aut simpliciter animo nouandi paciscitur, & tunc dico quod vterque liberatur, vt ff. ad Velleia. l. si pro vno. & no. eodem titu. l. quamvis. in §. quanquam. In pluribus reis credendi, refert an si vñus stipulatur animo nouandi, & tunc alteri noceat. §. dictum 54 est. ¶ Sed circa hoc potest dubitari, quare acceptilatio vni prodest indistincte, & nocet alteri, sed in nouatione distinguuntur, cum nouatio habeat vim solutionis, vt d. l. si rem. de nouatio. Cogita pte. Sed pone, quod duo erant rei credendi ex contractu iuris gentium, vñus liberauit reum per stipulationem, & subsequentem acceptilationem, an alteri reo p̄iudicet? Et dico quod stipulatio noua non p̄iudicat, secundum ea quæ dicta sunt. Item acceptilatio in ea, quod per nouationem non perimitur valet iure pacti, non iure acceptilationis, vt ff. de accepti. l. acceptolatum. Sed pactū non p̄iudicat simpliciter, vt dictum est, &c. Est ergo in quæstione, an hoc pactum, quod ex acceptilatione resultat, habeat eandem, vim quam habet acceptilatio in p̄iudicium rei? Et videtur quod sic, vt l. per iusurandum. in §. & si fideiussori. ff. de acceptilatio. Contrarium dico per d. l. si accepto. & ff. de pa. l. si vñus. §. pen. Nec obstat. §. & si fideiussori. quia ibi fideiussor tenebatur verbis, quia alter teneri non potest: ideo in eius personam tenuit acceptilatio. Nam merito porrigitur ad reum, licet reus non teneatur, sed hic pro illa parte, quæ remanet nouata, in nullius, persona valuit. ipso 55 iure acceptilatio. ¶ Sed quid de nouatione, quæ fit per delegatiō nem? Respondeo, siue vñus ex reis credendi delegauerit, siue vñus ex reis debendi fuerit delegatus, dico idem per omnia, quod est in vera acceptilatio, & solutione, vt d. l. si rem. §. fin. ff. de delegatiō de nouatio. soluit enim qui delegat, vt ff. ad Velleia. l. quamvis. §. in terdum. ff. man. l. Inter causas. §. abesse. Item per hanc delegatiō nem liberatur quis a creditore suo totaliter, sicut ille qui soluit, & cui accepto fertur, nec potest vti exceptione contra eum, cui dele gatur, vt d. l. dol. mali exceptio. ff. de nouatio, sed in nouatione quā do promittit eidem, cui primo tenebatur, hoc non contingit. Facit ff. de noua. l. aliam. & l. qui id quod. in princip. & §. fin. ff. de do 56 natio. ¶ Octauo quæro de cessione. Circa quod dicas. Aut cesso fit reo debendi, contra quem fit eo consentiente, & tunc idem q. in delegatione dictum est. vt d. l. si rem. §. fin. ibi, nuptu. ipsa secundum vnum intellectum. Aut eo non consentiente, & tunc aut fit suo correto, & ipse correus cui ceditur, ipsa cessione est liberatus. Casus est singularis. ff. de lega. ij. l. qui duos. & de libe. lega. l. si qui duos. Aut fit cesso extraneo, & tunc hec quæstio est dupliciter cō sideranda. Primo ex parte reorum credendi, vt si vñus cedit actio nem sine alio, cessionarius est loco rei credēdi, & sic inter eos erit locus iuri præoccupationis, & solutionis recipiendæ, sicut ponit l. quod ipsi. & l. haeredem. ff. de regu. iur. & l. minor. i. fi. de procura. Secundo ex parte reorum debendi, vt si contra vnum fiat cesso alter nō liberatur, sicut ne. petitione facta ab uno nec procuratoris constitutione, vt infra tñu. j. l. fina. tamen si cedens exiret ab eo, cō tra quem facta nō est cesso, se onerat. quia alius iam liberatur, vt l.

57 qui duos. de lega. ij. ¶ Nono quæro de confessione, an vnius confessio proposit alijs, vel noceat? Et circa reos debendi dic, quod vnius confessio pot. st alteri nocere quo ad interrumpendam p̄scriptiō nem, vt infra eol. fina. Prodeſſe autē nō potest, & sic nec petitio, nec sententia condemnatoria, vt supra dictum est. Circa reos credendi dic. Aut vñus ex correis credēdi exigit confessionem a reo debendi, vel ipsi reo cōfessionem facit ad ipsius liberationem. Primo casu, si quidem in iudicio alteri nocet, cum eni: n confesso habeat vim sententiae, vt supra de cōfess. l. j. appropriat sibi totum debitum multo magis quam per litis contestationem. Si vero extra iudicium, tunc alteri correto nihil p̄ejudicar, cum talis confessio solam probationem inducat, vt l. Publi. in fi. ff. de poli. prodelt tamē ad p̄scriptionem interrumpendam, vt infra eol. fin. Secundo casu dico quod talis confessio habet vim p̄acti de non petendo, vt l. tale pactum. in princip. ff. de pa. & ff. de sol. l. si ex pluribus. in princ. & ideo ea, quæ dixi in pacto, eodem modo hic 58 dico. ¶ Decimo quæro, de successione. Et hic est aduertendum, an vñus ex reis debendi succedit alteri reo debēdi, vel vñus ex reis credendi, alteri reo credendi, & tunc neutra obligatio extinguitur, sed in vtriusque persona viraque obligatio durat, vt l. si reus. ff. eo. & de fideiussi. l. generaliter. & l. si reus, & ff. de so. u. l. si duo rei. Aut creditor qui soluendo erat solus succedit vñi ex reis debendi, & sic est casus in l. Vrannius. ff. de fideiussi. Ex qua colligitur talis distinctio. Aut illi rei debendi erant socij, & ab alio cui non est successum, potest solum pro parte peti, vt ibi patet. Aut nō erant socij, & tunc ab alio correto de rigore potest creditor petere debitum solidum, vt ibidem in text. patet. Aut queritur de æquitate inspecto obstaculo exceptionis, & tunc aut fuerunt cōstituti duo rei ex causa onerosa, quia fuit eis mutuatum: aut ex causa lucrativa, quia ex mera liberalitate protriserunt, vt duo rei. Primo casu dic aut ad correum, cui creditor successit, peruenit pecunia mutuata in totum, vel in partem, & catenus creditor agens exceptio ne repellit per has rationes. Primo, quia ex parte non potest cedere actionem contra seipsum, ergo &c. vt l. Stichum. §. pen. ff. de solu. & not. per gloss. in d. l. Vran. de fideiussi. Secundo, quia si exegisset, tencretur illi exacto pro parte illa, vt hac l. j. & ibi not. ibi dicam. vnde dolo facit, qui petit, &c. Si vero ad illum reum, cui successit, nil peruenit, tunc in nulla parte obest exceptio cum causa dandæ exceptionis non subsit. Secundo casu quando ex mera causa lucrativa, idem quia in nulla parte exceptione repellitur, cum nulla causa dandæ exceptionis subsit, vt l. in l. Fal. hoc esse seruandum. ff. ad l. Fal. Idem puto si vñus ex pluribus rei debendi succedit illi creditori, qui solus erat. Nam in modo petendi ab altero idem iuris est quod supra dixi. Aut vñus reus debendi, qui solus erat, successit vñi correorum credendi. & tunc idem quod alter correus potest ab eo partē petere, si sunt socij, vel si non sunt socij, petet partem quæ ab eo profecta est, vel si ex mera liberalitate fuerunt constituti, duo rei credēdi, alter potest rotum petere. argum. eorum, quæ supra dicta sunt. & ff. solu. matrimo. l. si sacer. i. princ. Item si vñus reorum credendi, successit vñi reo debendi, qui socij erant, eadem ratione. Aut vñus ex pluribus reis credendi successit vñi ex pluribus rei debendi, vel econtra, & tunc, quid iuris sit, habes ex predictis. Sed circa hoc posset dubitari, nam successio pro solutione est, vt l. Stichum. §. aliquando. ff. de solu. & l. si debitori creditor. ff. de fideiussi. sed per solutionem vñius, vterque libera tur, vt dictum est, ergo &c. Solut. patet ex his, quæ dixi in l. si quis pro emptore. in vlt. quæstio. de vñu. & tangitur per glo. in d. l. si sacer. solu. matrimo. & in d. l. Vrannius. de fideiussi. ¶ Undecimo quæro de mora, an unius mora alteri noceat, uel proposit? Et primo videamus de reis debendi, & circa hoc, est magna disceptatio, in glo. Nam in l. mora. in §. fina. ff. de vñu. dicit, quod non nocet. Sed glo. infra eod. l. fina. & ff. eod. l. pen. videtur dicere contra. & in qua libet earum gloss. variant. Vnde dic, aut quæris, an mora vñius alteri noceat, quo ad impedientium cursum p̄scriptionis cōtra creditorem, & nocet, sicut si utrique esset facta interpellatio, vt infra eol. fina. Aut quæris vtrum noceat, quo ad hoc, vt quilibet teneatur de interitu, uel ad vñuras, & tunc, aut sunt socij, & uocet, vt ff. eod. l. pen. alijs non nocet, ut l. mora. §. fina. de vñu. Ita tenet glo. in l. in condemnatione. §. vñicunque. de regu. iur. Idem tenet Dyn. in c. mor. l. in fin. de regu. iur. lib. vj. Ratio est, quia sicut peccatum vñius alteri prodest, ita mora unius, alteri nocet. ¶ Sed iuxta p̄dicta quæro, quid si creditor fuit in mora recipiendi ab uno ex reis debendi, qui obtulit pecuniam petitam, quæ postea perempta est, an alteri hoc proposit? Credo, quod sic, indistincte, quia quolibet alio extraneo proferente prodest, vt infra de ca. & postli. reuer. l. cum postliminij. & ff. de sol. l. qui decem. §. si cum mihi Stichum, ibi, quemadmodum. Facit quod not. infra de solut. l. obsignat. ¶ Est etiam videndum circa res credendi, an vñius mora, alteri noceat. Dico, quod sic indistincte, eum enī quilibet posset solutionem recipere, vt l. si unus. in princip. ff. d. s. pact. l. si rem. §. si duo. ff. de manu. & mora eius, qui potuit solutionem recipere, nocet ei, ad quem

quem res pertinet, posito quod ille nullum ius haberet in re: secus si sit nudus minister, ut l. si per te. supra de usu. ff. de actio. & oblig. 62 l. traiecit. in princip. glo. ergo multo magis in casu nostro. Sed nunquid mora vnius altcri prospicit, id est nūquid factum vnius correorum credendi constituens debitorem in mora, prospicit alij, vel non? Respon. quod sic. Sed quid si mora esset facta vni ex correis credendi, vtrum alteri prospicit? constat quod sic quantum ad interruptionem prescript. vt infra. eod. l. fina. Item credo quod quo ad perpetuandam actionem, correus teneatur de interitu, quia idēm esset in quolibet extraneo interpellate, vt ff. de usu. l. si quis solutio- ni. & quod nota. ff. de verborum obligationibus. l. si seruum. §. nūc videamus. † Item iuxta predicta quāro, pone quod creditor primo fuit in mora vno ex duobus reis offerente. Secundo creditor interpellavit alium reum, qui non obtulit, an per hoc videatur purgata mora creditoris? Quo ad primum, dico quod non, vt l. mora. 63 secundo respon. ff. de verborum obligationibus. † Duodecimo quāro, de culpa, an culpa vnius alteri noceat? Circa quod dicas quod aut duo rei constituantur in cōtractu in quo obligatio comittitur ratione culpæ ad interesse, & tunc vnius culpa alteri nocet, sicut vnu ex facto alterius tenetur, vt supra loc. l. si diuisa. & l. eundem. §. fina. eodem tirulo. Aut constituuntur duo rei ad aliquam speciem, ad quam statim committitur obligatio, sed ratione culpæ perpetuatur, quia de interitu tenetur, & tūc dīc idem, quod dixi supra in mora, vt l. pen. ff. cod. & ibi est casus secundum vnam lecturam. Et predicta sunt vera, nisi culpa esset commissa in his, dc quibus supra specialiter dictum est, quia tunc dic, vt supra dixi. 64 † Sed an culpa vnius ex reis credendi noceat alteri? Respon. in acquirendo, hoc est in faciendo committi stipulationem nocet, si socij sunt, vt l. si duo. ff. si quis cau. in alijs dic vt dictū est supra de pacto, & mora. Tertiodecimo quāro de rescissione, vtrū rescissio facta in persona vnius rei, alteri noceat, vt puta, duo rei erāt liberati, ista liberatio rescinditur in persona vnius, an alij noceat? Dic, aut liberatio rescinditur in persona illius, cui facta est principaliter, & alteri nocet, vt ff. ad Velleia. l. si pro vno. & ff. de his quē i. fraud. credito. l. fin. in princip. Idem si ab initio in eius persona ipso iure nō valuit, vt l. si sponsus. §. primo. ff. de donatio. inter virum & vxori. Et predicta puto vera, nisi iste actus, per quem liberatio cōtingit, do lo creditoris intercesserit, argum. l. si Titius. ff. d. fideicommiss. d. solut. l. qui res, circa princip. Si vero rescissio contigerit in persona eius, ad quem liberatio porrigitur, per quandam consequentiam, tunc alteri non nocet, vt dicta l. si sponsus. §. primo. & de libe. le- 65 gal. l. si is qui duos. & quod ibi nota. † Quartodecimo quāro, & vltimo generaliter de qualibet exceptione, virum exceptio cōpetens vni ex reis debendi, porrigitur ad alium? De exceptionibus loquor, de quibus supra non est dictum specialiter. Et dic, aut exceptio est mere personalis, & tūc ad alium non porrigitur, sicut nec ad fideiussores porrigitur, vt ff. de exceptio cū similibus. Aut sunt alias exceptiones, quae ad fideiussores porrigitur, & tūc aut fuit color quāsus, quia in veritate fideiussor erat, & nō erat correus, & ad eum non porrigitur, vt l. si mulier. §. penul. ff. ad Velleia. Aut non fuit color quāsus, & tunc aut erant socij, & vnius exceptio porrigitur ad alium, vt l. si duo rei. ff. eodem. Aut nō erant socij, tunc si quidem obligauerunt se ex causa onerosa, qā mutuo accepterunt, & tūc eatenus competit exceptio alteri, quatenus ad eum, cui sine dubio exceptio competit, peruenit de pecunia, vt dicta l. sed Julianus. §. item si duos. ff. ad Macedonianum. Si vero obligarunt ex mera liberalitate, tunc exceptio vni competens non prodest alteri, si non sunt socij, vt dicta l. si duo. ff. eodem. l. & si ex duobus. §. primo.

Quarto principaliter. est vidēdum, qualiter vni

contra alium succuratur, 67 & primo circa duos reos debendi. Ad † quod inuestigandum est, an videantur inuicem fideiubere. Ista quāstio tāgitur hic, & ff. eo. in multis locis. & in l. vir uxori. in fin. ff. ad Velleia. & p. fideiussor. l. Vrannius. Et fuit magna trouersia olim. & hodie. Mar. Sil. tenet quod vidētur inuicem fideiubere. l. o. contra, scilicet quod non vident, nisi sint socij. Azo distinguit, vt nota. plene in dicta l. vir uxori. & lbi glos. tenet opinio. Azo. in authen. eod. i. princip. sed gloss. tenet opinio. Ioan. Sed cōtra omnes oppo. fideiussor non obligatur nisi verbis, vt infra tit. l. blandius. ff. de verborum obligationibus. l. v. §. satisfactio. & māda. l. si hāreditatē. §. fi. Sed duo rei possunt re cōstitui sine verbis, ut infra, eodem. l. propri. ff. eodem. l. eadem. ergo nō vidētur fideiubere inuicem. Dyn. tenet opinio. Azo, & ad istam rationem responderet, quod illa ratio concludit in fideiussore expresso: secus in tacito. Petr. & Iaco. de Aret. & Dyn. sequendo eos dicit, quod duo rei nullo modo videntur inuicem fideiubere, nam in duob. reis quilibet debet se obligare insolidū, nec attēditur ad quem pecunia peruenit principaliter, vt infra, eo. l. propri. supra. si certum petat. l. si non singuli. sed secūdum eos, qui dicunt eos inuicem fideiubere, hoc nō esset, ergo, &c. Præterea, nō reperitur iure Digestorum, nec Codicis, quod duo rei ha-

beant beneficium diuisionis, ergo, &c. Item hoc lege nulla cauet quod videantur fideiubere: ergo, &c. In hoc residet Cyn. hic post multa verba. Vides ergo quod ex prædictis omnibus nullā habes claritatem. Quid dicemus? Iaco. de Bel. disputauit istam quāstionem, & postulit eam in authen. eod. & ibi melius attigit veritatem, quam aliquis, tamen multum obscure loquitur. Tu ergo clarius, & 68 melius dicas, ad declarationē huius materiæ, & scire debes † quod ex fideiussione contrahitur duplex obligatio: Vna, qua fideiussor obligatur creditori, & illa semper cōtrahitur verbis, vt supra dixi, & talis semper habet beneficium diuisionis, vt infra, titu. j. authen. præsente. nec eget beneficio authen. de duobus reis. & iste est propriæ fideiussor respectu creditoris. Est & alia obligatio, quæ cōtra hitur inter reum, & fideiussorem, & ista contrahitur consensu. nā reus videtur mandare fideiussori quod soluat, ut l. indebitam. ff. de cōdīcio. indeb. Et de hoc loquitur titu. mand. & illo modo consideratur fideiussor respectu creditoris. Item fideiussor potest intelligi stricte, quia alienę obligationi accedit, vt ff. de fidei. l. prima. & l. fideiussor. Potest etiam accipi large omnis, qui est obligatus pro negotio, quod ad alium spectat non ad se, & illo modo sumitur in titu. ad Velleia. & supra ad Velleia. l. prima. Si ergo quāri 69 tur, an duo rei videātur inuicem fideiubere. † Dic aut quāris, vtrū dicantur inuicem fideiussores respectu creditoris, & dico quod sic in duobus casibus tantū, scilicet si hoc est actū expresse, vt ff. co. l. reos. vel est color quāsus, vt ff. ad Macedonianum. l. sed & Julia nus. §. primo. Et istis duobus casibus habent beneficium diuisionis de fideiussoribus, nec esset necesse beneficium de duobus reis. Extra istos duos casus nō uidētur fideiubere inuicem respectu creditoris. Hoc dicit glos. in l. sed Julianus. §. primo. Et hoc modo intellegendo, uerum dicunt Ulramon. Aut quāris utrum videantur inuicem fideiubere quod ad actionem dandam inter reos, & assūmendo fideiussorem large, tunc aut duo rei sunt constituti ex mea uoluntate, & liberalitate, & tunc uerum dicit loā. quod uidētur inuicem fideiubere, si sunt socij, alias non, ut in l. Falci. hoc esse seruandum. ff. ad l. Falci. Aut non ex mera liberalitate, puta quia pecuniam, quam promiserūt, receperunt, tunc vera est opinio. Azo. quia eatenus uidēntur fideiubere alter pro altero, quatenus in veritate negotium ad alterū pertinet, vt d. l. uir uxori. ad Velleia. & ibi not. de in rē uerso. l. si pro patre. §. fina. & ad Macedo. l. sed Julia. §. item si duos. & in istis casibus non habent beneficium de fideiussoribus, sed habent beneficium authen. de duobus reis, quod expresse inducit in isto casu, quando talis alternativa fideiussio inducit, ut dixi supra i. quāstio. ii. princip. Et predicta sunt uera in duobus reis, qui obligantur expresse, sed in his, qui obligātur ta- cito, ut plures tutores, illi non sunt proprie fideiussores, tamē iure antiquo conueniebantur exemplo fideiussorum, nt l. prima. §. nūc tractemus. de tut. & ra. distrahan. Ex his appetit tibi ueritas huius 70 materiæ. † Secūdo quāro, quia hac l. prima, dicitur in tex. † quod si unus soluit, ab altero repetit, quāro qua actione repetat, & an hoc uerum sit indistincte: tamen quicquid dicatur hāc est ueritas. Aut duo rei obligantur ex mera liberalitate, & tunc aut sunt socij, & unus soluens repetit ab alio actione pro socio. Aut non sunt socij, & nullo modo repetit, ut d. l. in l. Falci. hoc esse seruādum. ad l. Fal. Aut non obligantur ex mera liberalitate, & tunc aut totum ne- gotium pertinet ad soluentem, ut puta, quia tota pecunia peruenit ad eum, uel alio modo, & ille nihil repetit. Aut negotium pertinet ad alium, & tunc ab alio repetit eatenus, quatenus ad ipsum pertinet, & sic in totum uel in partem, ut hac l. j. & ff. de exercito. l. nec quicquam. de institu. l. habebat. §. fina. & l. sequen. Sed qua actione aget. hic est aduertendum. Aut plures obligauerunt se ex propria conuentione, & sic unus præsente alio: & habet locum actio man- dati, ut l. si remunerandi. §. si passus. & l. qui patitur. ff. man. & de uer- bor. obligat. l. Julia. §. ptimo. Aut unus obligatur altero absente, & potest coniungere, ut supra dixi in §. quāstio. princip. & sequen. quāstione, & tunc aut sunt socij, & repetet alter ab altero actione pro socio, ut d. l. nec quicquam. de exerc. Aut non sunt socij, & tūc aut nō habent beneficium diuisionis, & sic, quia negotium nō po- terat expediri pro parte, & tunc, aut debitum fuit contractum ratione alicuius rei corporalis, ita, quod cadit in iudicium communi diuidendo, & tunc repetit communi diuidendo actione, ut l. habe- bat. in §. fina. de insti. Aut fuit contractum debitum simpliciter, ut quia pecuniam acceptam diuiserunt, & quilibet conuerit in suos usus, & tunc habet locum condicō ex hac l. cum non sit cautum, quo nomine actionis agatur. Si uero habebant beneficium diuisionis, & sic negotiū poterit expediri pro parte, & tunc habet locum actio neg. gest. & eodem modo potest intelligi hāc glo. argumen- ff. de

ADDITIO.

a. Fideiubere. † Adde, an & quādo plures rei debent. videātur ad inuicem fideiubere, vide Alber. hic, & in l. vir uxori. §. si. hic alleg. ubi Caſt. ff. ad Velle, post Bar. in l. Reos. ff. de duob. reis ubi Ang. & Caſt. declarant. P V T E V S.

De fideiuss. & mandatorib.

L. Non recte.

III

ff. de nego. gest. l. si cōmunes. ff. fami. erciscun. l. hæredes. §. si vñus. cum similibus. & secundum hanc distinctionem debet intelligi l. si in rem. supra. si certum petatur, & quod not. supra. loc. l. si diui. 71 fa. ¶ Tertio quæro, quid de pluribus tutoribus, curatoribus, & administratoribus ciuitatis, si vñus soluit, qualiter repeatat ab altero. Dic ut nota. plene in l. prima. §. nunc tractemus. ff. de tut. & rat. distra. supra, de transactio. l. prima. ff. de nego. gest. l. ex facto. ff. 72 ad muni. l. Imperator. §. sina. cum l. sequen. ¶ Quarto quæro, quid in pluribus depositariis, & comodatariis, qui in obligatione secundaria, quæ contrahitur ratione doli, vel culpæ, tenentur, vt duo rei. l. acob. de Bel. dicit quod vñus soluens, non habet actionem, nisi sibi cedatur, vt l. vnde quæritur. ff. commo. Ratio est, quia lege cautum non reperitur. Contrarium dico, quia in his est, sicut in pluribus tutoribus, qui in hoc æquiparantur, vt ff. depositi. l. prima. §. si apud duos. ibi, dum dicit, exemplo tuto- 73 rum. ¶ Quinto quæro, pone qd vñus ex duob. reis suo iufo libe- rat alium, an ab alio poterit repetere tanquam si soluisset? Vide- tur quod sic, quia iuramentum habet vim solutionis. Contrarium dicit glo. & bene, in l. duobus. §. a fideiussore. de iurecuran. & dic ut 74 ibi. ¶ Sexto quæro, an ille, cui facta est acceptilatio, possit ab alio, quem liberauit, repetere, sicut si soluisset, quod videtur, quia accep- tilatio habet vim solutionis, vt dictum est. Tu distingue, aut fuit ei acceptolatum causa remunerationis, aut non, vt l. idemque. in 75 fi. cum l. sequen. ff. mand. ¶ Septimo quæro, quid si vñius culpa fuit alter ex correis damnificatus, an ille damnificatus possit repe- tere? Dico quod sic, vt l. prima. §. nunc tractemus. de tut. & rat. distra. ff. depositi. l. prima. in fi. §. si apud duos. & dixi supra, in quæ- 76 stio proxim. ¶ Octavo quæro, quid si in pluribus reis credendi vñus recipit solutionem, an alter possit repetere ab eo, & qua actione? Gloss. videtur dicere, quod petere potest actione neg. gest. vt ff. de conditio. indeb. l. frater a fratre. circa princip. gloss. magnæ. Item not. ff. de lega. iij. l. si Titio, aut Seio. Alibi dicit gl. quod ita de- 77 minum est communicandum, si sunt socij, vt not. ff. de solu. l. qui ho- minem. §. secundo. & sic est falsa glo. in l. si Titio, aut Seio. ff. de le- ga. secundo. & vide text. in l. Fal. hoc esse seruandum. ff. ad leg. Fal- cid. Distingue, aut sunt plures rei credendi ex causa mere lucrativa, & tunc alter alteri quod exigit communicare non tenetur nisi sint socij, vt dicta. l. in l. Fal. id. hoc esset seruandum. & quod not. in d. l. qui hominem. §. secundo. Aut sunt constituti ex causa one- rosa, & tunc aut negotium vere spectat ad eum, qui solutionem re- cipit in totum, vt quia tota pecunia sua fuit mutuata, & tunc alter ab altero nihil repeteret. argumen. l. sed Iulia. ff. ad Macedonianū. §. non solum. & §. sequen. Aut negotium spectat ad alium cui nō est solutum in totum vel in partem, & iste quantum ad eum spe- ciat, repeteret ab alio, vt l. si iure communi. ff. de noxali. & per regu- lam positam. ff. si certū petatur. l. si me, & Titium. Et quia duo rei debendi, & credendi æquiparantur, vt ff. cod. l. iij. sed in reis deben- di hoc est, vt in hac l. supra proxi. dictum est. ergo, &c. & hoc etiā statim probabitur clariss. Sed quia actione repeatet, dubitatur. Dic aut sunt socij, & repeatet actione pro socio. Aut non socij, & tunc aut tale debitum est contractum aliter, quam de iure com- muni, & tunc aut fuerunt constituti duo rei credendi simul, & vñus altero præsente, & locum habet actio mandati, quia cum patior te stipulari ex re mea, uideor mandare ut ad meam utilita- tem stipuleris, vt l. si mulier. ff. de iure do. Facit quod nota. ff. so- luto matrimonio. l. quæ dotis. & eodem titu. l. polt. dotem. secundum vnam lecturam. Aut fuerunt constituti duo rei credendi in absentia, quod potest fieri, quando vñus sub commemoratione alterius stipulatur, etiam ex interuallo, vt ff. eodem. l. iij. & di- xi, supra, in prima quæstio. princip. in duodecima quæstione. & tunc puto competere act. nego. gest. & sic intelligitur glo. l. frater a fratre. ff. de conditio. indeb. argumen. ff. de nego. gest. l. pen. Fa- cit de verborum obligationibus. l. Iulia. §. qui fundum. & Institu- 78 de verborum obligationib. §. si quis alij. & quod ibi nota. ¶ Non no- no quæro, quid si vñus ex reis credendi, facto suo aliquem liberavit, vt puta, acceptilatione, vel quoquo alio modo, an alter possit ab altero repetere? Respond. sic, eo modo, ac si solu- nein recepisset, per huc texiū. & optime. ff. de iure do. l. vir ab eo. Glo. hoc expresse dicit in l. si vñus. ff. de pac. in princip. super ver- bo, nouare, quæ dicit vnum nō posse nouare. quin socio teneatur. ¶ Ultimo est vidēdum de actione, quæ habet cedi vni ex correis debendi an, & quando, & quo iure, & inquantum cedi debeat, & quid si cedi non potest, & multa alia, quæ gloss. tangit hic, & supra, de transactio. l. prima. ibi per Cyn. & ff. manda. l. Papinianus. & de solu. l. Modestinus. & ibi per Dyn. & infra titul. primo. l. cum alter. & ibi per Cynum, quæ omnia omitto, quia longa est repetitio per se repetita.

LEX IIII.

Cum quidam. ^a Interpellatio vñus ex reis promitten- di prodest, & nocet omnibus correis.

hoc dicit, hæc singularis lex.

ADDITIO.

a Alexand. ¶ Cum quidam. Vide Barto. in l. eum qui. §. fina. ff. de solutio. & in l. duobus. ff. eodem.

De fideiussoribus. & mandatoribus.

Rubrica.

LEX PRIMA.

1 An quando bona publicantur, debitor liberetur.

2 Exceptio adharenſ rei, quod competit etiam fideiſſori.

a  **Lisias.** ^a Publicatio bonorum debitoris fideiſſorem nō liberat. hoc dicit. Opponitur exceptio, quæ competit principali, competit fideiſſori, vt l. defensiones. supra de exceptio. Hic dicitur contrarium, quare male. Solut. Dicit glo. illa regula loquitur in exceptionibus, quæ competit integro manente statu, sed hic statutus eius est mutatus, ergo, &c. Ista solu. non placet. Dicendum est ergo vt statim dicam. ¶ Quæro, quando bona publicantur, an debitor liberetur. De hoc habemus gloss. contrarias. Gloss. enim hic dicit quod liberatur ope exceptionis. vide eam, quæ est prima, in fin. Alibi dicit glo. quod liberatur a ciuili, & remanet naturalis, vt l. vbiunque. ff. de fideiſſoribus. Alibi dicunt glo. quod liberatur a ciuili, & naturali, vt l. si debitori. ff. eodem. Dubitat alibi, nec determinat aliquid in l. vlti. de duo. rei. Veritas est, quod liberatur ab utraque obligatione, non quod obligatio tollatur, sed in fiscum tanquam in successorem transferatur: vt dicta l. debitor. & ibi not. Solummodo ergo persona ab obligatione eximitur, obligatione 2 remanente firma. Per hoc cessant contraria, nam ¶ quod dicitur, quod exceptions, quæ competit reo, fideiſſori etiam competent. verum est in exceptionibus rei cohæretibus, vt l. exceptiones. ff. de excep. Sed ista non est huiusmodi, ergo, &c.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Si Lisias. De ista materia dic per eū in l. si uero. & in l. de die. q. satisfa- cog. uersi. quæro an & quando bona vtrum bonis publicatis libereſ debitor ab obligatione. Quid autem in exbānito, an liberetur fideiſſor, vide Barto. i d. l. si uero. in uersificu. not. q. obligatio. hoc tenuit Barto. & ibi tenet in l. si marito. in princip. ff. solu. matri.

LEX VI.

a **Creditori.** ^a Fideiſſori soluēti tenetur creditor cedere a- ctionem personalem, & hypothecariam. hoc dicit.

ADDITIO.

a * Creditori. Adde & plures. ampliar. ad hanc l. vide per Neguz. de pig. j. par. nu. 33. & in 3. par.

P V T E V S.

LEX III.

1 Fideiſſores idonei habent beneficium diuīſōis ex epistola diuī Adriani.

2 Plures fideiſſores simpliciter accepti intelliguntur insolidum.

3 Expressio corum quæ tacite insunt, nihil operatur.

a **Non rectæ.** ^a Expressio corum, quæ tacite insunt, nihil operatur. hoc dicit. Et ad hoc quotidie alle- garur. Quatuor habes hic notanda. Primo, quod est i potestate cre- ditoris eligere fideiſſorem, vel debitorem. hoc tamē recipit cor- rectiōem, vel limitationem per auth. præsente. ¶ Secundo nota. 1 quod fideiſſores idonei habet beneficium diuīſōis, ex epistola 2 diuī Adria. ¶ Tertio no. quod plures fideiſſores simpliciter ac- cepti intelliguntur insolidū, vt Institu. eod. §. si plures. Item secus in pluribus principalibus. vt l. reos. §. cum tabulis. ff. de duo. reis. se- cūs in his qui intercederent obligationem in se principaliter assu- 3 mēdo, vt no. supra, ad Velle. l. si paternam. ¶ Ultimo no. quod ex pressio corum, quæ tacite insunt, nihil operatur, ut plene habuisti in l. iij. ff. de lega. j.

ADDITIO N E S.

a Alex. ¶ Non recte. Per aut. præsente. quam aut. alle. Bar. in l. hoc iure. ff. de uer. ob. & in Lij. §. si quis. ff. quod quisque iur.

b Alex. ¶ Præsente. De materia huius auth. vide Bar. in l. Marcellus. ad fi. ff. eo. Bart. tex. & gloss. in l. decem. de uerb. oblig. Et adde §. nos autem. de fideiſſor. in glo. not. de promissore si dicatis, & obligo me tanquam principalem. de quo per Bar. in consilio incip. si Titius. Et adde ad hanc authen. Bald. in l. iij. supra de exceptio. rei iudi. De quo nota. per me in l. qui usumfructum. ff. de uerborum ob- ligationibus. & uide Bart. & ibi not. in l. iij. §. si is pro quo. circa fi. ff. quod quis. iur.

c Alexand. ¶ Insolidum. vide Barto. in l. reos. de duobus reis.

LEX IIIII.

a **Nouatione.** ^a In stipulatione nouante, non intelligitur repetitus fideiſſor in dubio. h. d.

A D D I T I O.

a Alex. ¶ Nouatione. Plene in l. alia. ff. de noua.

LEX

L E X V.

Iure nostro. Istam legem habuisti in l. non recte, & ibi no. supra co.

L E X VI.

Si pater. Subscriptio, quam quis facit ut testis, non obligat eum ut fideiussorem h.d.

L E X VII.

Si creditor. Qui non seruat fines mandati, nō habet actio nem mandati h.d.

L E X X.

Fideiussor. Nō hanc legem ibi, ante condemnationē. Ex ordine inuit, quod exceptio diuisiōis sit peremptoria, & sic possit opponi quandocunq; ante sententiam, dic ut l. si dubitet ff. de fideiuss. & ibi per Dy.

L E X XI.

a Cum alter. * Fideiussori soluenti, debet cedi actio contra principalem, & contra fideiussores.

A D D I T I O.

a Alex. ¶ Cum alter. Et istum tex. limita, non habere locū in fideiussore, q. tacite obligetur, vt puta in p̄sentia dixi alicui, do tibi fideiussorē, & ille p̄sens taceat & cōsentiat, quia tacite obligatur. Ita limitat istū tex. Imo. i l. ii. §. ff. ff. sol matr. uide tex. in l. cum ostendimus. §. ff. de fideiuss. tu. Secus in obligatione mandatoris l. Lucius. ff. eo. Item fallit in casu. Ang. quando citaretur fideiussor. in iudicio. l. cum ostendimus. §. ff. de fide. tut. & ibi Bar. & Bal. hic addit gl. in l. si h̄reditatem. ff. manda. Pro qua dicit Bal. in l. multum. §. si quis alteri uel sibi, quod non potest fieri pro nunciis.

L E X XII.

a Blanditus. * Vides ergo quod obligatio fideiussoris semper contrahitur verbis, ut hic, & l. v. §. satisfacce ff. de ver. obli. & insti. cod. §. ff. &c.

A D D I T I O.

a Alex. ¶ Blanditus. Vide Bar. in l. si cert. per. & limita ibi per Lud. & per me in l. v. §. stipulatio. de uer. obli.

L E X XIII.

§ *Strante flatuto quod inuentus cum armis puniatur in decem, non dicitur quis in ventus, nisi sit captus.*

a Si Barsatorem. * Inuentus dicit qui personaliter capit. & vel inuenire b, non uerificatur in solo aspectu, sed apprehensionē requirit. De hoc in l. j. in prin. ff. de acqui. pos. & l. nunquam. §. the saurus. de acqui. re. do. Et per hoc dicimus, quod si statutū dicit, si quis inuentus fuerit cum armis, &c. si non est captus, non dicitur inuentus, quia non sufficit sola visio siue captione, &c.

A D D I T I O N E S.

a Parif. ¶ Si Barsatorem. Vide Iaf. post Ale. in l. i. ff. de acqui. pos.

b Alex. ¶ Vel inuenire. No. de uerb. inuenitur, q. intelligatur cum effectu, quod facit ad q. an si debetur pr̄mium capienti, an debeatur capienti, sed tenere nō ualent. & Ang. in l. j. §. h̄c autem uerba. ff. quod quisque iur. qui dicit quod non obſt. quod debetur habere pr̄mium, per id quod habetur in le. si post mortem. in fi. de contrat. & in l. i. §. ff. de postu. quid no. Ang. in d. §. h̄c autem uerba. Bal. respon. hic uidetur tenere primam op̄i. Addit quod Bar. no. in l. i. in prin. ff. de acqui. pos. & in l. i. i. supra. de acqui. pos. & ideo dicit Bal. in l. item lapilli. in fi. ff. de re. diuīs. quod si statutū cauetur, quod mulier inuenta cū perlis puniatur, non possit puniri, nisi apprehēdatur. Vide tamen q. dixi post. Bar. in l. i. & uide Ant. in aut. de san. epis. §. reuerēdissimos. & Bal. hic & uide supra de pet. bon. subl. l. i. & ibi uide aliqua de uerbo cōprehēsus, & inuentus. Et de uerbo inuentus. addit Bar. in l. nunquam nuda. ff. de acqui. re. do. & hoc quod Bar. hoc dicit, Pau. de Ca. in l. sed & si filio. ff. de consti. pcc. ff. de cond. sine cau. Ad quod ponderat gl. ibi super uer. inuenit.

L E X XV.

Liberum fuit. Ex diuisione actionis, quam creditor inter fideiussores sponte facit, exceptio pacti fideiussoribus competit. h.d. Istam l. & l. reos. insta declarauit vobis in l. si creditores. supra. de pact.

L E X XXIII.

Reos. Electio non nocet creditori, quin ad aliū possit redire h.d. lex. secus in diuisione, ut supra l. proxima.

L E X XXV.

¶ *Et, qui promisit exhibere, post moram commissam datur spatium sex mēsium, ad eam purgandam.*
3 Promittens alium defendere, non liberatur exhibendo personam.
3 Casus eueniens intra tempus concessum ad more purgationem, debitori non prodest.

a Sancimus. * Ista lex est singularis multum. Qui promittit alium exhibere ad tempus, finito tempore, po test intra sex menses moram purgare eum exhibēdo, vel eum idoneū defendendo, quo tempore el. p̄so non auditur. Item, casus, superueniens intra tempus primum, liberat promissorem: secus si eueniat intra tempus ad more purgationem concessum. h.d. h̄c

- i not. lex. Not. ex l. ista, † quod post moram commissam datur spatium sex mensium, ad eam purgandam, quod est speciale b hic, in eo qui promisit aliū exhibere: securus si promisisset seipsum, vt l. si post tres. ff. si quis cau. † No. quod iste, qui promisit alium defendere, non liberatur exhibendo personam. ¶ † Tertio no. quod casus eueniens intra tempus concessum ad more purgationem, debitori non prodest, quod est notabilissimum.

A D D I T I O N E S.

